

De conclusione autem, an Prælati possit, vel non, repudiare in præjudicium Ecclesie, habentur in sua sede sub tit. de alien. & contr. prohib. disc. 20. per tot. Et conferunt ad materiam potestatis Prælatorum deducta sub tit. de Regul. disc. 55.

ROMANA DONATIONIS CUM ONERE MISSARUM PRO CATHERINA PAULINA CUM MONASTERIO SANCTI URBANI.

Casus disputatus coram Vicario S. Mariæ Majoris, credo resolutus pro Catherina.

An donatio facta Ecclesie, vel pio loco cum onere perpetuo missarum ante acceptationem sit revocabilis, vel ob notabile tempus, in quo acceptatio sequuta non sit, censetur resoluta: Et an hæc sit vera donatio.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
2 Donatio facta Ecclesie, vel pia cause absentis est valida, & perfecta ab initio.
3 An per alienationem rei, vel pecunie legata censetur ademptum legatum.
4 De differentia inter cedulas, & ordines directos banco.
5 Si Ecclesia acceptat onus, istud non cessat ob preemptionem bonorum assignatorum.
6 De Decretis Sacr. Congregationis super oneribus perpetuis missarum.
7 Monasteriis Monialium hæc onera non congruunt.
8 De ratione differentie inter Monasteria virorum, & Monialium.
9 Quomodo acceptari soleant onera perpetua missarum.
10 De adminiculis denotantibus non acceptationem.
11 Quod in actibus non debeat attendi formula verborum, sed substantia veritatis, & de pluribus contractibus diversis ab eo, quod verba important.
12 Licet dicatur fieri donatio, non tamen censenda est talis, si pacta aliud iudicant.

D I S C. XXIV.

Cum Moniales S. Urbani institutum Capucinorum professentes, clausuræ ampliatione indigerent, ideoque ex superiorum approbatione, emere debentes quasdam adjacentes domos, ad effectum illas incorporandi, pecunia indigerent, Hinc Marcellus Pelle, Monasterii administratoris ordinem tradidit Sacro Monti Pietatis directum scutorum 500. solvendum, ad effectum tamen prædictum erogandi pecuniam in emptionem dictarum domorum ac si & postquam idem Monasterium, cum legitima Superiorum auctoritate, onus acceptaverit, ac se obligaverit celebrari faciendi in ea Ecclesia duas missas privatas, & unam missam solemnem quolibet mense, pluresque alias missas privatas, & unam solemnem singulis annis, quoque dictæ domus specialiter pro hoc onere obligatæ esse deberent, atque in casu demolitionis ad id subrogari deberent loco montium ipsius monasterii; Observantia verò dedit, quod Monasterii administratoris, dicti ordinis exactiorem negligendo, acceptivæ pecuniam ad censum, cum istis dictam emptionem, ac respectivè incorporationem perfecturum; Post plurium verò annorum decursum, cum de dicti Marcelli facta notitia amplius non haberetur, adeunt Catherinæ matri tanquam proximiori, ac legitime heredi, decreta fuerit matrimonii, vel hereditatis tenuta, & administratio, de qua habetur actum in Romana administrationis pro eadem Catherina contra remotiores conjunctos oppositores sub tit. de success. Monasterium prædictum contra dictum patrimonium iudicium instituit pro ad. scutorum 500. solutionem coram Vicario Basilicæ S. Mariæ majoris, cuius dictus Marcellus erat Beneficiarius, & que inter causæ Patronos, ut plurimum de Curia stylo causas tractantes, ac disputantes absque Advocatis, subsidiariè, ac post acceptum vulnus evocari solitis, restricta fuit difficultas, an dicta donatio utpotè facta absentis, integra, & ante acceptationem revocari poterit, & quatenus poterit, an illa sequuta esset implicitè ob exactiorem pecuniarum in dicto Monte Pietatis existentium ab eodem Marcello postmodum factam.

Super hac autem restrictiva, requisitus ex parte Catharinæ Reæ conventæ ad scribendum, imprudens consilium credidi, ut ad hos punctos causa restricta esset, cum in utroque nimium periculose viderentur nostræ partes, atque de succumbentia probabilis timendum esset, tam scilicet in primo circa potestatem penitentiæ, cum ex pluribus deductis in præcedentibus, (quicquid Theologi, seu Morales dubitent,) verius, magisque receptum sit, donationem factam Ecclesie, vel causæ piæ, quamvis absentis, esse perfectam, & irrevocabilem, eo quia Deus est præsentis ubique, nostræque piæ oblationes, ac bona opera acceptat, quam etiam circa secundum punctum voluntatis, cum juxta ea, quæ sub tit. de legatis in materia ademptionis habentur, subsequens alienatio probationem præbeat revocationis, & ac mutata voluntatis, ubi agatur de legato speciei, vel etiam quantitatitaxativè ad certam speciem depositam, secus ubi de hujusmodi dispositionibus quantitatit in genere adimplendis per depositarium, vel camporem ex alia pecunia, quæ deinde deponi potuit, quamvis impenderetur ea, quæ de tempore demandatæ solutionis aderat, cum hujusmodi ordines, seu mandata non impediunt intermediam dispositionem, sicuti faciunt cedulæ, quæ alteri eradantur, & sine quibus solutio non fit, juxta distinctionem inter cedulas & ordines, de qua habetur sub tit. de confibus, super puncto, an per unam, vel alteram speciem satisfactum dicatur formæ in censum creationem per Constitutionem Pii V. præscriptæ.

Quare neglecta, quominus improbatæ dicta restrictiva; Dicebam, etiam cum sensu veritatis, nullatenus in hac facti specie cadere terminos donationis puræ, vel causativæ, ob aliquam oneris mixturam, adeo ut intraret in specie, an non obstante onere, ob commodi exuberantiam præsumere, et acceptatio ab initio juxta distinctionem de qua disc. 5 præcisa, cum potius ageretur de contractu merè correlative ad rigorosos limites iustitiæ commutativæ pro subceptione dicti oneris perpetui, quod tractu temporis redandare poterat in damnus, ac præjudicium Monasterii obligati ad oneris implementum, quamvis investimentum faciendum cum pecunia ad hunc effectum data, periret, vel diminutionem patere, juxta firmata apud Mantice. dec. 242. & apud Barut. dec. 560. n. 10.

Undè propter ex decretis de anno 1625. editis per Sacr. Congregationem Concilii, quæ vulgo dicuntur Decreta de celebratione missarum, registrata in Constit. 43. Urbani VIII. onera perpetua missarum acceptari non possunt sine speciali licentia Episcopi, & in Urbe Cardinalis Vicarii, seu, (ut supponebatur,) ipsius Sac. Congregationis, illaque mature, circumspicte conceditur, sub investimento in stabilia vera, & fructifera, prohibito investimento censuum, ut in eisdem decretis disponitur.

Item supponebatur, (istudque suppositum mihi reflectendo ad obervantiam videbatur probabile,) quod Monialium; Monasteriis hæc licentia acceptandi onera perpetua missarum dari non solet; Et merito, ratione incongruitatis (nisi quatenus ageretur de suppeditatione elemosynæ pro cappellano ordinario, qui per necessitè singulis diebus missam pro monialibus celebrare debet, ut ita Monasterium ab illo onere eximatur, dum est onus absque hoc subsidio de necessitate adimplendum) Capitulis etenim, vel Collegiis, & Congregationibus clericorum secularium, vel Conventibus, aut Monasteriis Regularium, congrua, & utilia sunt hujusmodi onera, cum clericis, vel religiosi singulis diebus missas celebrari solent, ideoque expedit habere hoc subsidium, quæque probabiliter ipsum Monasterium, vel Capitulum potest esse in damno.

Id autem Monialibus non congruit, dum oportet conducere sacerdotem, & cappellanos pro oneris implemento; Ac etiam quia incongruus, & aliquorum inconvenientium productivus esse videtur plurium condictionum cappellanorum concursus in Ecclesiis Monialium, Et tamen etiam in Capitulis, vel Monasteriis, ut supra, hæc onera (supceptio, tantibus dictis decretis, non refulat ab ea implicita, vel præsumpta acceptatione, quæ in donationibus incontinenti favore piæ causæ in esse dicitur, sed requiritur acceptatio solemnis praviæ licentia Superioris, & cognitione causæ, an scilicet adit occasio investimenti fructiferi, & an fructus, qui deductis oneribus, ac expensis, ex investimento sit percipiendus, adque elemosynam missarum celebrandarum, pro locorum, vel Ecclesiarum consuetudine, taxari, vel conveniri solitam in duplo, vel triplo pluri, puta si elemosyna pro consuetudine loci in missis quotidianis devotionis, est ad rationem unius julii pro qualibet, aliquæ Ecclesie non solent onus perpetuum acceptare,

JANUEN. DONATIONIS PRO ANTONIOTTO, ET FRANCISCO CUM CAROLO DE RAGGIIS.

Casus disputatus in Sacra Congregatione Concilii, & terminatus ut infra.

An donatio alicui facta ad certum usum, seu effectum, qui in donatario sequi non potest, resolvatur, necne; Et in specie, ubi donatio facta est Religioso professo sub conditione, ut Monasterio, vel Religioni nullatenus acquiri valeat, an ista conditio vitiet donationem, vel potius vitia remaneat, Et incidenter an alienari, vel remitti possit annua præstatio vitalitia Religioso professo donata, vel assignata.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
2 De stylo Curia circa partes Advocatorum.
3 De punctis, seu inspectionibus causarum.
4 Regulares sunt incapaces beneficiorum secularium.
5 De differentia inter beneficia assignata, & assignanda.
6 An Canonici Regulares sint capaces beneficiorum.
7 Privata dispositio non potest facere Religiosum incapax bonorum.
8 De usu tolerato Religiosi.
9 De questione an conditio abjecta donationi facta Religioso, ut non acquiratur Religioni vitiet, vel vitiet.
10 Attendenda est præcisa voluntas testatorum.
11 Ideo ubi de illa constat, non intrat præsumptio favore Religiosis.
12 Donatoris declarationi desertur.
13 Religiosi, & Religiones possunt à fideicommissis, & successionebus excludi per testatorem.
14 De differentia inter contractus, & ultimas voluntates, circa conditiones vitandas.
15 Transactio cadit sub alienatione prohibita per Extravagan. Ambrosianæ.
16 Alienatio fructuum non cadit super dicta prohibitionem.
17 Distinguitur quale jus Religiosi ad vitam remitti possit.
18 Quale interesse habeat Religio in vitalitia assignatione Religioso facta.
19 De distinctione inter alienationem u susfructus, & commodiatis.
20 Læso habet locum in transactione.
21 De stylo Congregationum in remissione causarum ad Tribunalia.

D I S C. XXV.

Cum Antoniotus Raggius, nobilis, ac presbyter i Januensis, Urbis domiciliarius, octogenario major, destitasset erogare centum loca montium pro fundatione unius beneficii, sed Abbatie, quæ esse deberet de jurepatronatus Francisci fratris, ejusque descendendum cum ordine primogenituræ, hinc hujusmodi propositum exequendum, dictorum locorum 100. donationem fecit Carolo ex dicto germano fratre nepoti Canonico Regulari Lateranensi professo, ad effectum ut esse deberet primus beneficiarius, cui præsupposito quod dicti beneficii capax esset, non obstante statu regulari, & quatenus non esset capax, ad hoc volente eundem Carolum, donec viveret, consequi debere fructus, effectum sortiente libera præsentatione ad favorem dicti fratris & descendendum post dicti Caroli mortem, sub ea tamen lege, & conditione, per nimis ampla, & effusivata verba, ut nullum jus super dictis fructibus acquiri posset Religioni, cujus Superiori nullatenus, nec directè, nec indirectè desuper se ingerere possent, dictumque Carolum molestare, vel in libera perceptione, ac administratione impedire; Cum autem donator penitens, dictam dispositionem ad favorem Caroli revocasset, declarando ex tunc ad beneficii erectionem cum dicto jurepatronatus de veniri debere, dictæque erectioni præfatus Carolus se opponeret, post Responsum pro veritate desuper à me traditum favore donatoris, ad quamdam concordiam devenitum est, qua mediante, Carolo suo juri cedente cum licentia, & approbatione ejus Superiorum, dicta erectio sequuta fuit; Tractu verò temporis Carolus penitens, causam introduxit in Sacra Congregatione Concilii super impugnatione dictæ transactionis, quæ me pariter pro dicto Francisco,

re, nisi ad rationem trium, ac etiam quatuor juliorum, & consequenter totum sit per viam conventionis, & contractus merè correlative.

Hinc proinde advertendam, quod dictus ordo datus per Marcellum non continebat donationem, vel alium contractum perfectum, sed oblationem, seu exhibitionem tractatam, juxta quem Monasterio acceptante, ipse hujusmodi contractum correlative facere volebat, unde Monasterio non acceptante, tractatus resolutus fuit, eo modo, quo in dies tot tractatus de futuro contractu celebrando evanescent. Ad quod comprobandum observabam rectè conferre dictam circumstantiam, quod deinde Marcellus, pecuniam, quam in Monte habebat, huic operi destinata, reasumpsit, atque in alios usus erogavit, ita accipiendo hunc actum tanquam adminiculum hujus resolutionis, vel ineffectuationis tractatus, non autem in terminis revocationis voluntatis, cum illi non intrarent, ut supra.

Potissimè ob alia adminicula in idem tendentia; Primo scilicet ob tamè neglectam dictæ pecuniæ exactiorem; Secundo ob inverisimilitudinem, dum in facto constabat, quod pro dicto opere perficiendo, Monasterium pecuniam ad censum acceperat, unde omnino probabile est, quod Administratores ista pecunia prompta, & numerata nisi essent, si in animo fuisset onus acceptare; Et tertio fortius, quia cum in supplici libello Cardinali Vicario, seu Cardinali Proteктору ex parte Monasterii portico pro licentia acceptandi hoc onus, aliasque pecuniam ad censum accipiendi pro dicto opere perficiendo, implicitè in hac parte licentia negata fuerit, utpotè concessa pro censibus constitutis, cum subsequuta observantia, ideoque his omnibus simul junctis, mihi videbatur, quod res esset in claris.

Scribentes pro Monasterio magnam vim constituebant in eo, quod dictus ordo conceptus esset per viam donationis, quia nempe Marcellus diceret donare hanc pecuniam Monasterio, ad præfatum tamen effectum, & cum dicto onere, & non alias; Verum id erat nimis leve fundamentum, ex eo verissimo principio, quod in quibuscumque viventium, ac morientium dispositionibus, vel actibus, principaliter attendi debet, ut non cortex, & formula verborum, sed substantia veritatis inspicitur; Undè propterea apud Franc. dec. 392. n. 2. & seqq. apud Merl. dec. 210. n. 7. & alias, habetur, quod si contraheutes dicant facere contractum emphyteuticum; pacta verò, & conditiones ostendant illum esse potius emptionis, & venditionis, non attendatur vocabulum, sed natura, seu veritas actus; ita pariter fit in verbis dicant permutare, pacta verò, & conditiones redeoleant circumscriptionem, & venditionem, ista dicenda est juxta receptam theoreticam Bald. in l. n. 3. & seqq. Cod. de verum perm. cum concord. apud Mantice. dec. 210. n. 2. & 3. Gutierrez. de gabellis qu. 25. n. 4. cum aliis in Ferrariorum. sub tit. de Regal. disc. 49. Ac insinuatus pluries sub tit. de feudis, quod fit in verbis dicitur concedi feudum, pacta tamen sint talia, quod feudi natura, vel substantiam corrumpant, in effectu bona allodialium jure regulabuntur, cum sola feudi nuncupatio feudalem qualitatem non inducat; Et frequentius sub tit. de emphyteusi in questione, an contractus importet veram emphyteusim, vel potius locationem perpetuam, sive livellum cum similibus.

Et in specie verborum denotantium donationem, ut spernenda sint, si substantia dispositionis, alique facti circumstantiæ diversam speciem contractus redeoleant, cæteris relictis advertitur per Rotam apud Dunozett. dec. 223. nu. 10. cum seqq. dec. 166. n. finali p. 9. recent. dec. 27. post Salsad. in lalyrint. & in aliis frequentius, & insinuatur pluries sub tit. de dote, & sub altero de renunciat. ut donari non dicatur, seu dari de proprio illa dote, quæ correlative fit ad renunciationem, quæ à puella donata fiat dotanti, cum potius redeoleat contractum emptionis, & venditionis, in quo id, quod datur, dicitur pretium futuræ alæ cessæ, cum similibus; Istoque dicebam esse veros, ac proprios hujus causæ terminos, atque ita credo, quod resolutum sit.

ANNOT. AD DISC. XXIV.

De acceptatione onerum super perpetua celebratione missarum, an & quomodo sequi debeat, & de aliis ad materiam videantur deducta in Miscell. Eccles. disc. 33. & in Ann. ad S.C.T. disc. 17. & 21. & de Regul. disc. 63.

cisco, vel ejus filio primogenito scribente, canonicata fuit, unde propterea contraversa finem habuit.

Tam in primo Responso pro veritate, quam in dicta disputatione habita in Sacra Congregatione; Ultra ea, quae nudi facti supponebantur, super dicti senis donatoris deceptioe, ac falsis suggestionibus, (quibus juxta verè magnificandum stylium Romane Curiae, illi qui puri, & qualificati Advocati partes impient, nullatenus se ingerunt, nisi cum praesupposito quod ea, quae a causae Patrono asseruntur, bene in facto subsisterent, innuendo juris illationes, vel effectus exinde resultantes; Tres erant puncti; Primò scilicet, an dictus Carolus professus, esset capax d. d. beneficii, seu fructuum jure proprio independenter à Religione, juxta donatoris voluntatem. Secundo (posita incapacitate) an stante conditione, ut Religiosi non acquireretur, donatio resolveretur, ac transiit faceret ad alios successivè vocatos, vel potius dicta conditione vitata, donatio effectum sortiri deberet; Et tertio super subsistentia dictae transactionis, quae in valida praetendebatur ob defectum Beneficentiae Apostolici ad terminos Extravag. Ambrosio de reb. Eccles. non alien. Primus punctus materiam beneficentiae potius, quam hanc prophanam respiciat, quia verò influebat ad punctum donationis, hinc in Responso pro veritate (cum in Sac. Congregatione de hoc actu non sit), dixi probabilis pro incapacitate respondendum esse.

Indubitatum siquidem est, quod Regulares absque Apostolica dispensatione sunt incapaces beneficiorum saecularium, quinimo pensionum ecclesiasticarum super eis, sicuti et converso sunt saeculares de regularibus, adeo ut beneficium quamvis obtenta, & possessa, pro professionem in Religione vacent, ac pensiones amittantur, ut in suis rescriptis materiam sub tit. de beneficiis, & de pensionibus; Multò igitur magis extra principium dubitandi existunt incapaces assequendum, cum longe facilius intret incapacitas assequendi, quam privato assequenti, ut utroque innuatur titulo de beneficiis, & de pensionibus habetur in proposito inhabilitatis resultantis a crimine, vel ejus diffamatione, sive à censuris, vel ab irregularitate.

Et quamvis ista Religio, seu Congregatio Canonorum Regularium Lateranensem, ex mente antiquorum Canonum, ac sensu aliorum Canonistarum, quodam peculiari jure, à dicta generali incapacitate exempta esse praetendat, Attamen verius, magisque receptum videtur, vel antiquos Canones correctos remanere per Constitutionem Gregorii XIII. editam ad mentem Sac. Conc. Tridentini. Vel probabilis, juxta modernas declarationes ad eisdem Congregationis favorem editas, hujusmodi capacitas procedit, ac admittenda est in solo exercitio curae animarum in Ecclesiis saecularibus, quae ipsius Congregationis domibus, vel Monasteriis annexae sint, ut Gonzal. ad regul. 8. gloss. 7. n. 53. Garz. p. 7. cap. 10. n. 31. cum sequen. Laurent. de Franch. contr. regular. p. 2. qu. 86. ubi Pasqualig. in addit. Pitti. Contrad. in praxi dispensationum lib. 6. c. 1. n. 26. apud quos caeteri, & habentur sub tit. de benef. discurs. 77. atque occasione hujus erectionis, apud Officiales Datariae comperit id haberi pro absoluto.

Quo verò ad secundum punctum, in quo totus cardo difficultatis residebat, tam etiam in casu incapacitatis provivum fuerat cum suspensione foundationis beneficii, donec usufructus ad favorem Caroli donatoris duraret, Decisio pendebat à subsistentia, vel insufficiencia dictae conditionis, ut usufructus praedictus esse deberet ad liberam pertinentiam, ac administrationem Religio, absque aliquo jure, vel participatione Religionis ejusque Superiorum, quod abique dubio subsistit non potest ex privata dispositione, cum id Pontificae tantum potestati reservatum sit, neque valeat privatus reddere Religiosum professum proprietarium, atque super voto perpetuo dispensare, ut tanquam absolutum supponit omnes de quibus infra.

Ideoque intrabat quaestio aded inter Scribentes contraversa, an dicta conditio tanquam impossibilis, vel turpis vitiosa remaneret, atque non obstante, donatio usufructus effectum sortiri deberet ad favorem Religionis, vel etiam ipsius Religiosi pro illa rata, quae ex quadam tolerata consuetudine per Superiores permitti solet pro honestis, ac Religiosis concurrentibus extraordinariis, ut habetur in sua materia sub tit. de Regularibus, ac etiam insinuat sub altero de dote, occasione agendi de illis annuis vitalitiis assignationibus, quae de communi ferè usu monialibus fieri solent, atque pars dotis reputantur, vel potius dicta conditio vitata, donatio resolveretur, sive praeretur locus aliis successivè vocatis.

Ista quaestio frequentius contingit in ultimis voluntatibus, in quibus, ut plurimum loquuntur DD. illam disponentes, ut habetur sub tit. de testamentis, & sub altero de legatis, ac etiam sub altero de Regularibus, occasione agendi, an hujusmodi dispositionum usus, vel acceptatio generaliter prohibenda sit ob fraudem, quae profectat pauperatati resultare solet.

Insinuam ergo istius contraversae occasione, in praefatis terminis dispositionum per ultimam voluntatem, magis quam per contractum, tres haberi opiniones, Unam scilicet ut dicta conditio tanquam turpis, ac à jure reprobata, vitata remanere debeat, ac habenda sit prout non scripta, & successivè quod dispositio tanquam pura effectum sortiri debeat, & hanc tenent relati apud Campanil. divers. jur. canon. rubr. 12. c. 7. n. 13. Ricc. colleç. 337. vers. quoad primum, Sanchez ad praecipua Decalogi lib. 7. c. 17. nu. 2. & per alios de quibus infra.

Alterà est opinio de directo contraria, quam late, ac nervose subintit Binius cap. 6. per totum, ut conditio vitiat dispositionem, quae inutilis, ac pro non scripta habenda sit; ideoque nullum sortitur effectum.

Tertia est pro abiliore, magisque in praxi recepta opinio, conciliativa, seu compatibilis inter validitatem actus, ac observantiam voluntatis disponentis, ut scilicet prohibitio non subsistat in ordine ad dominium, vel jus habituale, quod tali conditione non obstante acquiratur Religioni, voluntas autem licet sortitur effectum, quia Religio permittit administratio pro illis Religiosis, ac etiam piis, & honestis viribus, qui sibi videntur, absque eo quod prohiberi possit, juxta conf. Abb. 44. lib. 2. fundatum in doctrina Bart. in aut. exscriptur. n. 2. Cod. de bon. quae liberis, & in l. si alienum ff. de haeredit. institut. atque pertransfertur magis communiter DD. ut per Sanchez ad praecipua Decalogi ubi supra lib. 7. c. 17. n. 2. Carena resoluit. 199. Franch. dec. 718. late Fagnan. in cap. nò Monaci de statu monachorum 21. cum seqq. Et hanc sequuta est Rota apud Peniam dec. 1214. & apud Buratt. dec. 584. num. 14.

Quamvis autem ego admitterem hanc esse probabilem, ac receptam sententiam, adeo ut disponentis voluntas in hoc praeferre videatur quamdam speciem Apostolicae dispensationis, quae super hujusmodi administratione, ac usu Religiosis professis concedi solet, intelligenda tamen pro solis viribus Religiosis, vel piis, & honestis, juxta ea, quae occasione declarandi invalidum censum vitalitium factum à quodam Religioso, hanc dispensat, habentur plenè firmata per Rotam dec. 252. p. 11. ac propterea dicto Carolo donatario id sufficeret ad intentum; Adhuc tamen dicebam, hujusmodi theoreticam in hac facti specie non intrare ejus qualitate, & circumstantiis; Tum quia plurum opinio est, de qua apud Sanchez ubi supra, & ex professo Moron. conf. 46. ut haec tertia opinio cesset, ubi per verba nimium ampla, & effrenata consistit de praecisa disponentis voluntate, ut tunc recipi debeat secunda opinio Bimii d. conf. 6. & sequentium, atque hunc sensum pluries habuit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium.

Tum clarior, quoniam ista inspectio cadit post mortem disponentis, adeo ut agatur de interpretanda ejus incerta, seu ambigua voluntate, cum tunc intret praesumptio, quod verisimiliter volerit ad hunc subsistit, ac effectum sortiri eo meliori, & compatibili modo, quo potest, inspecto effectu, nullatenus curata dicta subtili, ac intellectuali distinctione inter dominium habituale, & usum actualem.

Ista verò praesumptio cessat ubi ipsemet donator, seu alias disponentis adhuc vivit, atque expressè ejus voluntate declarat, cum in claris, & expressis non intret praesumptio; Atque licet donatori non concedatur facultas revocandi, sed alterandi perfectam donationem inter vivos, conceditur tamen facultas eam declarandi, ejusque declarationi deferendum est, potissimè verò ubi est verisimilis, nullumque suum continet interesse, vel affectationem, ex his, quae caeteris relatis habentur apud Cyriac. contrav. 291. n. 30. & sequen. Orthob. dec. 119. nu. 8. & dec. 155. n. 18. dec. 402. par. 9. recent. n. 31. cum aliis de quibus infra in Romano donationis sent. 30. mil. d. 16. & frequenter; Potissimè verò artentia qualitate donatoris piissimi, ac probatissimi viri, cum enim esset sacerdos, ac octuagenario major in dies mortem expectans, istudque opus ex sola pietate, nullo cogente faciens, nimium improbabile est quod mendacium cum animae propriae detrimento, abique aliqua ejus utilitate in tertii praedjudicium dicere vellet, istaque ac similes circumstantiae prudenti arbitrio in hujusmodi ambiguae voluntatis quaestionibus attendi debent.

Et

Et quemadmodum in fideicommissis aliisque ultimis voluntatibus, (quicquid aliqui male dubitent) receptum est, servari debere expressè, vel coniecturatum disponentis voluntatem excludendo non est principaler in odium Religiois, quoties exclusio non est principaler in odium Religiois, vel status Religiosi, seu clericalis, sed est ex alio honesto fine statum Religiosi, quamvis non exprimitur, ut bonae conserventur in familia, sive sint effectivè penè illos de sanguine, & ad eorum commodum personale, ex his quae habentur pluries sub tit. de fideicommissis disc. 63. sequen. ac etiam sub tit. de dote disc. 12. & alibi, ita in proposito rectè dici posse observabam, ut donator volens in ejus domo hoc dicti posse observabam, ad providendum secundò, vel ultra beneficium erigere, ad providendum secundò, vel ultra genitos vitam ecclesiasticam eligentes, juxta magis communem nobilium familiarum usum, ac finem, ob quam majoris partis beneficiorum de jure patronatus fundatio, vel dotatio sequi consuevit, ut providere quidem voluisset dictum Carolus ex fratre nepotem, quatenus cum hoc reddito honorificam figuram in familia decus facere posset, non autem quod hujusmodi fructus eederent ad commodum Religiois, vel Monasterii, juxta eam distinctionem, quae inter clericos saeculares, & regulares ponderatur in Romana fideicommissi de Guppi, sub tit. de fideicommissis disc. 64.

Fortius verò, ex duplici circumstantia, aia juris, & altera facti; Ea scilicet juris, quod in actibus inter vivos non intrat ita de facili ea regula, quam habemus in voluntatis, ut conditiones turpes, vel impossibiles, sed alias prohibita videntur, & non vitent, cum in his regula vitetur in oppositum, ut generaliter Ricc. in addit. ad Titul. de priv. pie caus. cap. 18. in princ. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 34. n. 2. Rota apud Gregor. dec. 117. num. 1. & in his scriptis admittit Sanchez ubi supra, n. 13. ac firmant Moronus d. conf. 46. n. 47. Et altera facti, quod donator in hoc supponeret à donatario deceptus, atque cum parum veris praesuppositis inducitur; Quicquid enim sit de utroque assumpto nam juris, quam facti, super quibus Ego nil mature firmabam, attamen ea nimium conferre dicebam, ut facilis praemissa intrarent.

Tertius demum punctus validitatis transactionis, & an in ea necessarium fuisset, necnè beneficium Apostolicum, percutit magis materiam alienationis bonorum Ecclesiasticarum, de qua agitur sub tit. de alienationibus, & contractibus, ibique pluries habetur conclusio, quam in praesenti deducebam, à Sac. Congregatione in hac disputatione admittam, quod scilicet, quamvis juxta magis communem ac in Rota, & Curia receptam opinionem, rejecta distinctione, quam plerique sequuntur, an Ecclesia possidens dimittat, necnè indifferenter receptum sit, ut sub prohibita alienatione, ac necessitate beneficentiae Apostolici, juxta terminos Extravag. Ambrosiose de reb. Eccles. non alienan. veniat quoque transactio, illa esse contra, quae fiat inter ejusdem Ecclesiae clericos, vel ministros super participatione emolumentorum, seu jurium, ac praerogativarum exercitio, firma remanente integra eorumdem jurium substantia penè ipsum corpus intellectuale Ecclesiae, ut in dicta sua materia, ac etiam alibi pluries, praefertim sub titulo de Canonici, & dignitatibus disc. 40. & de Paroch. disc. 26.

Attamen id rectè procedit, quando transactio, vel alia species alienationis percutiat rei substantiam, aut aliquod jus formale, sedus autem ubi est super fructibus, ut generaliter ex Abb. & aliis in cap. nulli de reb. Eccles. non alien. advertitur per Rotam in Veneta pretii bonorum 15. Novembris 106. coram Pamphilo, quae reputatur in materia magistralis, saepius canonicata, praefertim apud Royas dec. 16. n. 9. dec. 311. n. 10. & dec. 364. n. 13. In specialibus terminis alienationis fructuum spectantium ad Religiosum, cui particulariter assignati sint pro ejus viribus Religiosis, vel honestis, juxta consuetudinem ab Ecclesia toleratam, de qua apud Merlin. dec. 671. repetit. dec. 30. num. 31. & 32. p. 7. rec. d. dec. 53. par. 11. & in aliis de quibus pluries in sua materia sub tit. de Regular. ac etiam alibi, firmatur in Romana Salviani 31. Jan. 1646. cor. Verosio; Quamvis enim in Viterbien. Salviani 20. Junii 1659. coram Cerro, & in Bonon. praedicti 14. Jan. 1665. coram Carpinea, & in aliis, agendo in specie de jure ad solam Religiosum vitam Monasterio, vel Religioni competente, dicatur illius remissionem prohibita alienationis speciem sapere, ideoque cadere sub dispositione Extravag. Ambrosiose. Attamen, ut in dicta materia, & alibi advertitur, id recipiendum est, quando agitur de jure directè delato Religioni, vel Monasterio persona Religiosi, cuius vita durante, illud importare dicatur verum, ac formale dominium, ac possessionem bono-

Card. de Luca Lib. VII.

rum, & jorium, quamvis resolutioni subjaceant; Ut (e.g.) est fideicommissum habens tractum successivum, cujus re- ligiosus professus durante ejus vita sit capax, juxta ea, quae habentur in d. tit. de fideicommissis d. disc. 63. & seq. quoniam alia remissio juris in genere, speciem alienationis sapere videtur, & in his terminis loquitur dicta decisio in Bonon. praedicti coram Carpinea, cum ibi deductis; Secus autem, ubi agatur de redditibus, ac vitalitiis subventionibus, quae relati- gioso in particulari, ut supra statuantur, vel assignentur, cum illae diei non possint de bonis, vel juribus Monasterio, aut Religioni quæritis, & incorporatis; Solamque in remissio- ne hujusmodi assignamentorum, quam Religiosus faciat assignationibus, sive in alia dispositione, intrare videtur illa prohibito, de qua supra disc. 2. cum seq. ob jus vel inoffense secundarium, quod Monasterium, vel Religio desuper habeat, quod scilicet ita Religiosus, vel monialis provideret de illis extraordinariis occurrentibus, quibus aliis oporteret de illis extraordinariis, adeo ut in monialibus hujusmodi assignatio dicatur de appenditis dotis, ejusque pars, ut habetur sub tit. de dote disc. 144. & 145. & pluries, ac etiam advertitur sub tit. de Regular. ad materiam locorum montium disc. 34. & in dicta sua materia sub tit. de Regular. & consert distinctio, de qua sub d. tit. de dote disc. 148. ac etiam sub tit. de feudis disc. 61. & seqq. inter alienationem fructuum, seu commoditatis, prout facti est, & alienationem usufructus formalis, prout facti est, cum similibus.

Ideoque iusta, & probabilis vita est resolutio, quoniam licet Scribentes pro actore insisterent quid modum, quod scilicet pro dicta ejus praetentione datum esset contra natura eventui non proportionatum, in qua juxta opinionem, quam tenet Rota, & Curia, intrant etiam termini textus in l. 2. c. de rescind. vendit. ut in sua materia sub tit. de emptio, & vendit. pluribus; Attamen dicebam, id esse extra punctum quaestio- nis disputatae in Sac. Congregatione, cujus institutum est praebere oracula super Sac. Conc. Trident. interpretatione, vel penalis quae ex ejusdem Concilii dispositione, vel sententiis inferentes, dent, non autem tractare hujusmodi causas indifferenter, in quibus formalis processus cum examine testium, alisque probationibus, & actis in figura iudicii requiritur, cum tunc Iudices ordinarii adendum sint, quibus Sac. Congre- gationes eas remittere solent, ut in sua materia sub tit. de iudiciis in Romana Curiae relatione, & praxi.

S U M M A R I U M

- 1 De conditione ut Monasterio non acquiratur.
- 2 De praesentione vitalitiae assignari solita Religiosis.

ANNOT. AD DISC. XXV.

Conditio ut Monasterio, vel Religioni legatum, vel donatio acquiri non valeat, an & quomodo subsistat, vid. sub tit. de Testam. disc. 23. & 56. & tit. de Regul. disc. 57.

De materia annuae vitalitiae praestationis, quae Religioso assignari solet, videantur deducta sub tit. de Regular. disc. 56. & seqq. & in Ann. ad S. C. T. disc. 34.

F U L G I N A T E N C E N S U S
P R O C R E D I T O R I B U S D O N A T O R I S
C U M F R A N C I S C O B E R N A B O.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Creditoribus.

De solemnitate per Statuta particularia desideratis in donationibus; In qua donationum specie requirantur, & in qua non, praefertim in donatione contemplatione matrimonii; Et in specie de Statuto Fulginaten. quando locum habeat, & an iuramentum illud cessare faciat.

S U M M A R I U M

- 1 F Alis series.
- 2 De Statuto Fulginaten. in materia donationum.
- 3 Quod non sit in usu ex testimonio Doctoris regionis, cui deservi debeat.
- 4 Actus iurati non veniunt sub Statuto.
- 5 Donatio contemplatione matrimonii non subjacet solemnitate statutaria.
- 6 Reprobatur non usus, de quo n. 3.

D 2

7 Quod

- 7 Quod non sit deferendum attestacionibus Doctorum.
- 8 De inconstancia Consulentiū, ac de errore eis deferentium in iudicando.
- 9 Statutum tollit iuramentum indirectū, & quomodo.
- 10 Renunciatio Statuto inhabitanti non attenditur.
- 11 Sæpe Advocati deducunt motiva levia, & fallacia, & de ratione.
- 12 An amplitudo verborum limitet conclusionem, de qua n. 5.
- 13 De ratione ob quam recepta est dicta conclusio, de qua n. 5.
- 14 Non est inherendum formalitati verborum, vel sensus grammaticalis, sed rationi.
- 15 Quod dicta conclusio de qua num. 5. procedat in donatione necessaria, non autem voluntaria.
- 16 Reprobatur in maioribus, & de ratione.
- 17 Respondetur ad autoritates contrarias.
- 18 Antiquitas dicta a consuetudine dubia.
- 19 Ut eadem conclusio procedat quid requiratur.
- 20 Quando matrimonium sit causa finalis, vel impulsiva donationis.

D I S C. XXVI.

1 P OStquam jam conclusum, & contractum fuerat matrimonium inter Francicum Bernabò, & N. occasione instrumenti publici, quod super apoca dotali iuxta frequentem usum fieri solet, sponsi frater, donationem ei fecit de omnibus bonis, reservata solum quadam summa, ad effectum testandi quod pro cautela adhiberi solet pro donatione substantiva, & ne aliis intraret illa nullitas, que in donatione universalis datur, quando adimat liberam testandi facultatem; Cumque donator, isto clypeo forsitan tutus, (credens ita majorem sibi concedi licentiam impendendi alienum) plura debita contraxisset, atque creditores contra ipsum adhuc viventem, seu ejus defuncti bona hæreditaria, mandata executiva in Tribunali A.C. obtinuisent, illaque cursantem exequi super bonis aliis ad ipsum debitorem spectantibus, ac ab eo possessis, se opposuit dictis Francis. donatarius tanquam tertius possessor in vim dictæ donationis, cum ea nimium frequentem in Curia cautela, quæ Angeli dicitur, & de qua pluries sub tit. de iudiciis; atque excipientibus, vel replicantibus creditoribus de dictæ donationis manifesta, & incontinenti probata nullitate ob non servatam formam prescriptam à Statuto Civitatis Fulginatensis, continente aliis decretum annullativum, & quod Statutum canonizatum fuit pluries per Rotam præsertim dec. 239 p. 4. rec. tom. 2. repetit. post Gillian. ad Statut. dec. 89. & in Fulginatens. dotis 19. Aprilis 1660. coram Albergato, edita in causa, de qua sub tit. de dote disc. 18. Hinc proinde assumpta desuper disputatione in dicto Tribunali A.C. pro creditoribus resolutio prodit, nullitate dictæ donationis canonizando, atque puto, quod donatarius acquivit, dum amplius de causa actum non audivit.

2 In hujusmodi autem disputationibus, Scribentes pro donatario, ex pluribus dicebant, huic donationi non obtare Statutum prædictum, cujus dispositio aliis clara, & literalis est; Primum scilicet, quod illud non esset in usu; Secundum quod procedere non deberet in actibus juratis, ubi præsertim accedat, (ut in præsentibus) iurata renuntiatio; Et tertium, quod non ageretur de pura, & simpliciter donatione, de qua Statutum loquitur, sed potius de causativa, utpotè facta contemplatione certi, ac determinati matrimonii, ideoque statutaria dispositio non intraret.

3 Quoad primum super non usu, deducebant attestacionem Cirochi Doctoris Fulginatens. disc. 53. nimium in hoc se diffundendo super ea questione, an DD. attestantibus de consuetudine differendum sit, ut quavis regula fit negativa, ea tamen limitationem recipiat, ubi agitur de Doctore veritate in regione ideoque informato, ut ita distinguendo post alios Matcard. de probat. com. 528. n. 3. Gabr. de probat. com. 4. Cappy. Latr. cons. 98. n. 10. apud quos ceteri.

4 Ad secundum autem juratæ renuntiationis, cum copiosis allegationibus deducebant satis vulgarem, ac receptam propositionem, de qua pluries sub tit. de alienationibus, & contractibus, præsertim disc. 26. ac etiam sub tit. de dote disc. 143. de Statuto localis non completente contractibus juratos ex defectu potestatis; Quinimo etiam in Papalibus, seu Papali auctoritate confirmatis idem procedit, non quidem ex defectu potestatis, sed ex illo voluntatis, quoties de ista explicitè, vel implicitè non confiet, ut dicto disc. 143. de dote; Cumulando in idem vulgare axioma, ut quilibet juri suo renunciare valeat, neque ad jura renunciata regressus competat.

Et quoad tertium fundamentum, dicebant, quod quicquid apud antiquiores disputatum fuerit, hodie ubique, præsertim verò in Rota, & Curia (ubi non confiet, quod Statutum hæc speciem quoque comprehendat) receptum, ac extrâ controversiam esse, donationes contemplatione certi, & determinati matrimonii factas, statutariis solemnitatibus non subjacere, allegando aliquas ex decisionibus editis in Urbinate. de qua supra disc. 2. ac auctoritates in eis deductas.

5 Duo priora fundamenta de facili tollebantur; Ad illud enim non usus, in specie responderetur per Rot. d. dec. 293. par. 4. tom. 2. & repetit. apud Gillian. dec. 89. quod scilicet iste non usus non præsumitur, sed ab allegante probandus est, istaque probatio videbatur impossibilis, dum per causæ Patronum ex hac parte dabatur notula copiosi numeri donationum, in quibus hujusmodi solemnitates adhibite fuerit.

6 Et quoad attestacionem Cirochi doctoris regionis dicta contrò. 53. ultra inspectionem juris, quod Doctores attestanti de his, quæ facti sunt credendum non est, qualitas verò, ut sit veritatis in regione operetur, ut aliquando magis credi debeat, aliis tamen probationibus, vel adminiculis concurrentibus, ut advertitur apud eisdem supra allegatos, ideoque haberetur dec. 574. par. 4. rec. tom. 3. num. 18. quod Rota non confuevit id recipere, atque in casu de quo dicto disc. 2. auctoritates Doctorum regionis neglectæ fuerunt.

7 Tollebatur magis de plano hujus assertionis fides, ex eodem Auctore disc. 50. cum duobus seq. ubi scribendo super invaliditate alterius donationis, innoxia auctoritati Rotæ d. dec. 298. reperit hoc motivum non usus, ad eum mirandum sit, quomodo immediate postea adhibita fuerit dicta alia controversia, in qua contrarium dicitur, se non declarando, vel utrumque dictum conciliando; Unde propterea edocemus, quantum manifestus error, atque legalitica simplicitas sit, in iudicando, vel consulendo ad veritatem, deferre auctoritati Consiliorum, vel controversiarum, seu Responsorum, aut quocumque vocabulo, nominentur quoties eduntur eo modo, quo ipsi Consulentes ad pecuniam, vel effectiorem, causæ inferendæ scripturam, cum sæpius contra proprium votum scribi soleat; Immo, quo majorem difficultatem causa patitur, eò magis ingenium acui solet, atque voltitare solet didicimus (damnandum tamen), quod excellentia Advocatorum, & Consulentiū in causis periculosis dignoscitur.

8 Alteri objecto iuramenti, vel renuntiationis, pariter in eadem decisione responderetur, quod scilicet delectus potestatis statutum circa iuramentum, veritatis ubi directè, de illo disponatur, secus autem si indirectè, adimendo fidem scripturæ, sive præsumendo illud loco vel metu extortum, ut de his omnibus ad Antientiam dicto disc. 143. de dote, & in dicta materia de alienat. & contract. Et quoad renuntiationem venè quoque in eadem decisione advertitur, ut de illa nulla haberi debeat ratio, utpotè ex Notariorum stylo, vel alterius contrahentis calliditate adjecta, quodque cum eadem facilitate, cum qua persona imperfecti iudicij inducia fuit ad donandum, seu faciendum alium actû præjudicalem; induci etiam potuit ad renunciandum Statuto, cui nimis de facili fraus ita fieri posset, illudque devento redoleret, atque ita impositum potius esset verbis, quam rebus, ut pluries in dicta sua materia sub tit. de alienat. & contract. ideoque in his objectis removendis, parùm, ac ferè nihil oportuit laborare, cum apud iudicem in nulla consideratione haberetur.

9 Quo verò ad tertium, circa solemnitates non adhibendas in donationibus contemplatione matrimonii, Quamvis more Advocati cumulando motiva, tam solida, quam levia, (ex stylo forsitan necessario, ob experientiam, quod sæpius bonis, ac solidis neglectis, levia amplecti solent.) Quas dabam responsores; Primum scilicet, quod admittit etiam pro regula magis communi opinione firmante, ut in hujusmodi donationibus utpotè cautivis & correptivis, hujusmodi statutarie dispositiones locum non habeant, ad hæc tamen fallit, ubi amplius verborum, seu aliis contextus Statuti suadeat statutum voluntatem fuisse, idum quoque casum completendi, ex auctoritate deductis supra disc. 2. & in specie hujus Statuti adducebam auctoritatem dicti Cirochi disc. 51. n. 15. & seq.

10 Verum reflectendo ad veritatem, (partibus de more innuatam), agnoscebam motivum esse minus tutum, ob experientiam habitam in dicta Urbinate. quod non obtinere majori verborum amplitudine, ac etiam magis considerabili circumstantia, ibi ponderata, quod secundum decretum

Ducale prodierit ampliati ad tollendam in specie hæc difficultatem, quæ adversus primum decretum prodierat ex ibi allegato cons. Eugen. adhuc tamen his non obstantibus in eo casu id neglectum fuit in longè fortioribus terminis, dum non deducebat motivum ad effectum annullandi actum, sed ad solum effectum inducendi probabilem dubietatem pro substantianda concordia.

11 Ac etiam, ob rationem factis probabilem, & convincentem, cui innixa est dicta magis communis, ac recepta opinio, pro exclusione statutarie dispositionis ab hac donationum specie, quod scilicet fieri dicitur, magis in gratiam sponsæ, ejusque parentum, vel dotantium, qui aliis non contraxissent, undè speciem habet contractus correptivi potius, quam donationis, ex pluries deductis in præcedentibus; Ideoque in iudicando, ratio, vel subjæta materiæ natura prævalere debet grammaticali significationi, sed licet verborum, cum id, ut pluries advertitur, Judiciorum, atque Grammaticorum potius, quam Jurisconsultorum munus continere videatur.

12 Secundò deducebam ea, quæ habentur firmata per Rotam dec. 22. n. 8. cum seq. post Picum ad statuta, cum aliis apud eundem Ciroch. disc. 51. n. 20. in principio; Currell. de donat. contemplat. matrim. tract. 1. disc. 3. part. 6. n. 12. & 18. & 19. ad. 2. disc. 1. specialit. per totum. Michalor. de frat. p. 1. cap. 40. n. 12. ut scilicet dicta conclusio excludens in necessitatem solemnitatum Statuti in hac specie donationum, procedat in iis personis, quæ de jure ad hæc donationem faciendam tenent, adeòt dicitur actus motus necessarius quam voluntarius; Secus autem ubi ex ipse voluntate reluitat.

13 Verum ista quoque respositio periculosa erat, ac fallacia concinebat, cum hæc distinctio inter necessitatem, & voluntatem, ex veriori sententia, procedat solum in minore in habilitato actu de jure communi, non autem in iis, qui eodem jure communi attento, habiles, ac integri iudicii reputantur, liberæque suorum honorum administrationem habent, quamvis fragilitas sexus quoque concurrat; dum mulieres majores à jure inhabilitate non sunt, ex iis, quæ pluries habentur sub tit. de dote, præsertim disc. 16. cum seq. ubi concordantes cumulantur. Ac etiam ob dictam aliam rationem occasione præcedentis motivi insinuatam, quod istæ donationes habent speciem contractus correptivi, atque sequi solent magis ex studio, & diligentia mulieris, vel ejus parentum, seu conjunctorum, ideoque caheris, non debent sub legibus municipalibus, quæ de simplicibus donationibus disponunt, quoniam si non sunt causativæ, ob necessitatem faciendi, adhuc tamen cautivæ remanent ob dictam correptivitatem, ac interesse tertii.

14 Dicta verò auctoritas Rotæ dec. 22. post Picum, quæ magis argens in hoc proposito videtur (cum aliis sint magis collectores, ac relatores, qui juxta frequentiorum styllum referunt quid ab aliis scriptum inveniatur absque alio examine) salvari potest; Vel ob illius facti particulares circumstantias; Vel quod, ut advertitur in Romana donationis de stylo sub tit. de fideicom. disc. 140. eo tempore sub quaestione erat, atque non ita dictum, ac receptum, ut de præsentibus, ad eum in dicta causa consistente in hoc articulo, ob votorum scissuram, capta non fuerit resolutio, sed laudata concordia, ideoque non mirum, si antiquiori tempore in eam sententiam deveniri potuit.

15 Solida verò, ac tuta respositio, quam Judex amplexus est, à me in sensu etiam veritatis deducta, consistebat in defectu applicationis ad factum, quoniam, ut in proposito augenti dotis, sive donationis in ejus causam, vel in istam contemplatione matrimonii habetur in dicta alia Fulginatens. sub tit. de dote disc. 18. ac pluries eod. tit. disc. 145. & alibi juxta decisiones 433. & 479. Coccini, cum aliis ibidem deductis, ac etiam pluries supra & infra; Tunc dicitur vera donatio causativa, quæ tanquàm redolens speciem contractus onerosi, & correptivi non subjacet hujusmodi solemnitatibus, quòd duplex circumstantia copulativè concurrunt; Primum scilicet, quòd illa sit finalis, ac principalis contemplatione certi, ac determinati matrimonii, non autem pro matrimonio incerto, ac indefinito, cum tunc illa dicitur potius causa impulsiva, quæ non facit donationem causativam, juxta distinctionem, de qua cæteris relatis apud Add. ad Buratt. dec. 861. dec. 118. n. 10. & 127. n. 12. p. 6. rec. & sæpius; Et secundo, ut ea sequatur ante matrimonium, vel saltum in executionem promissionis, sine qua matrimonium sequitur non esset, adeòt dici valeat pars contractus matrimonialis, & correptiva, ut habetur locis citatis præsertim in dicta alia Fulginatens. sub tit. de dote, ac

etiam infra in Romana pecuniaria, sed Augenti dotis disc. 28. Ista siquidem donatio sequuta erat post jam sequutum matrimonium, & constitutam dotem; Et quavis diceretur, quod præcessisset promissio, sed tractatus, non tamen dabatur sufficiens probatio, quinimo potius, si non probatio, saltem vehemens sumus ex hac parte dabatur, collusio, ac fraudis, quæ etiam ad debita non contracta, sed contrahenda redè dari potest, ut advertitur infra disc. disc. 28. Ideoque probabilis, ac justa visa est resolutio.

ANNOT. AD DISC. XXVI. cum seqq.

16 A Gitur his discursibus de solemnitatibus per Statuta particularia desideratis in donationibus, super quo videantur ea quæ habentur in hoc disc. 66. ubi an requirantur in donatione annuæ præstationis vitalitæ, de quo etiam habetur actum hoc tit. disc. 32. Et quid in donatione facta per Magnatem proprio Familiari cum assertionem meritorum; Ac etiam disc. 67. cum seq. in quorum primo agitur de eadem materia de qua in præsentibus disc. 26. super solemnitatibus scilicet à Statuto Fulginæ requisitis in donationibus.

17 De solemnitatibus autem Statuti Urbis 150. 151. habetur pluries actum in sua sede sub tit. de Alien. & Contr. prohib. signanter disc. 31. cum seqq.

18 Et de materia insinuationis in donationibus requisitæ, habetur particulariter actum disc. 60. per tot.

ROMANA PRÆTENSÆ DONATIONIS.

PRO PP. S. LAURENTII IN LUCINA, ET CONSORTIBUS

CUM BENEDICTELLIS.

Discursus in congressu super casu concordato.

17 An in donationibus, quæ in Urbe fiunt per mulieres, ultra solemnitates, quæ in hoc speciali contractu donationis requisitæ sunt per Statuta 149. & 150. adimpleri esse debeant requisita per Statutum 151.

S U M M A R I U M.

- 1 F Alti series cum antiqua resolutione.
- 2 De Statuti Urb. 151. solemnitatibus, & causa, & qualis hæc esse debeat.
- 3 Læso non datur in donatione.
- 4 Quod donationes mulierum sine solemnitatibus Statuti 151. sint canonizate.
- 5 In casum dotis mulier major valide se obligat.
- 6 Donationes continentes onus fideicommissi non exigunt solemnitates.
- 7 Statutum 151. in verbis loquitur de donationibus.
- 8 Procedit in omnibus actibus, in quibus dari potest læsio.
- 9 In specie de decisionibus agentibus de donatione.
- 10 De differentia inter Statuta 149. & 150. & Statut. 151.
- 11 Quando, & quomodo in donatione verificatur iusta causa desiderata à Statuto 151. cum pluribus exemplis.
- 12 Declaratur conclusio, de qua num. 5.
- 13 Et altera, de qua num. 6.
- 14 An inter mulieres aequè privilegiatas cesset statutum.

D I S C. XXVII.

17 A Dversus donationem ab ea factam, Margarita judicium instituit in Rota coram Buratto, coram quo de anno 1626. prodit resolutio super nullitate ob non servatam formam Statuti 151. ut patet ex dec. 924. Buratti, quæ edita deventum est ad concordiam, quam deinde donatorum filii, utpotè ex persona propria iure substitutionis venientes impugnare curarunt in eadem Rota coram Rojas, sed succubuerunt, ut patet ex dec. 437. & 477. ejusdem; Quibus non acquiescentes Benedictelli didorum filiorum successores, causam reassumpserunt in eadem Rota coram Albergato subrogato, eaque proposta sub die 23. Februarii 1660. rescriptum fuit revideri debere dictam decisionem Buratti; Quare PP. S. Laurentii in Lucina, & consortes donatrici mediati successores, in hoc statu me ad causæ defensionem evocarunt; habitoque juxta laudabilem styllum congressu pro directione, ac futuræ disputationis præparatione, subsequente honesta concordia ulterioris disputationis occasione subsistit.

18 In congressu autem prædicto, atque in discursu desuper edito, inspectis occasione primæ disputationis informatio-

nius datus ex parte Actorum, punctus restringebatur ad inspectionem, an instantibus Statutis 149. & 150. specialiter providentibus super contractum donationis, attendi quoque deberet in mulieribus alterum Statutum 151. juxta firmata in dicta decis. Buratti.

Pro negativa Scribentes pro actoribus, potissimum fundamentum in eo constituebant, quod cum Statutum 151. ultra solemnitates inventus iudicis, & proximiorum, vel curatoris respectivè, exigeret etiam causam, (quam juxta opinionem modernam inconclusè tentam reintegratoriam opinionis antiquè reprobata opinionis media receptum est esse debere veram de jure, & de facto, ideòque utilem, vel saltem non damnosam, ex iis, quæ pluries habentur infra sub tit. de alienat. & contract.) Hinc proinde dicebant hoc Statutum inapplicabile esse contractui donationis, cum semper donare sit perdere, ideòque verificari non potest interventus causæ utilis, vel non damnosæ.

Juris enim conclusionem habemus, quod leges disponentes de lesione, intelligendæ veniunt in emptione, & venditione, ac permutatione, vel transactione, aliisque contractibus correceptivis, non autem in isto donationis contractu, in quo non datur lesio l. majoribus Cod. commun. utriusque jud. DD. communitur relati per Carem. resol. 6. ubi agit de ministratore, aliisque limitationibus, Hodiern. contr. 16. Rot. dec. 125. p. 5. rec.

Alias enim esset omnino inhabilitare sexum femininum ad illum contractum faciendum, quod nullibi in jure communi, vel Statutario dispositum est; Deducentes è converso plures donationes factas per mulieres in Urbe effectum foritatis, & à Rota canonicatas, præsertim decisione in Romana renuntiationis coram Otthobono inter suas decis. 182. & in eadem coram Cerro dec. 23. p. 11. rec.

Et ulterius dicebant, quod ubi etiam in pura, & simplici donatione hujusmodi solemnitates, quoque in mulieribus desiderandæ venient, adhuc tamen requisitæ non essent in hac specie; Vel quia donatio facta esset etiam mulieribus æquè privilegiatis, unde propterea intra ret regula conq. uationis privilegiorum; Vel quia facta esset in causam dotis, in quam receptum est, mulieres majores, non curata distinctione inter causam necessariam, & voluntariam, validè ac sine solemnitatibus contrahere posse ex iis, quæ pluries habentur in sua materia sub tit. de dote, præsertim decis. & sequ.

Vel demum, quod hæc non esset donatio pura, & gratuita, sed continens omnes fideicommissi ad favorem filiorum, & descendendum donatariorum, ideòque juxta magis communem, & in Curia receptam opinionem, non requiruntur solemnitates aliàs in donationibus requisitæ, rejecta distinctione, an omnes percipiatur commodum donatoris, vel tertii, ut decis. 260. p. 4. rec. tom. 2. latè in Regien. honoris 23. Februar. 1647. coram Corrado cum aliis, quæ habentur in Romana fideicommissi de Ursinis sub tit. de renuntiat.

His tamen non obstantibus, credebam probabilitatem huic parti assistere, quodque dictæ decisionis Buratti confirmatio speranda esset, adhuc tamen libenter, juxta styllum, consuli extinctionem litis, dum offerbatur satis honesta concordia.

Quatenus enim pertinet ad punctum principalem, an scilicet in contractu donationis, quæ fiat per mulierem, ultra solemnitates requisitæ à Statutis 149. & 150. adhiberi quoque deberent aliæ requisitæ à Statuto 151. Dicebam causam esse litteraliter decisum, ideòque dubitationis incapax juxta regulam vulgaris textus in l. ille aut ille ff. de legat. 2. dum inter quatuor contractus, qui in eodem Statuto ad speciem deducuntur, legitur iste donationis, cum tamen hodie post accuratam disputationem, de qua in votis, ac decisionibus regulatis apud Penzon. post idem Statut. 151. absolutum, ac extrà controversiam sit, ut dicti quatuor contractus stent demonstrativè, non autem taxativè, ideòque illud locum habeat in quibuscumque actibus, ex quibus mulier lædi potest, seu aliàs præjudicium pati, ut in sua materia sub tit. de alienat. & contract.

Et in specie hujus contractus donationis factæ per mulierem, ut istius quoque Statuti solemnitates desiderentur, plures habemus Rotæ decisiones, præsertim apud Coccin. decis. 433. & 479. apud Peniam dec. 239. Cavaler. dec. 257. quæ omnes præcedunt hujus causæ decisionem 924. Buratti, & postmodum apud Celf. dec. 40. nu. 13. & in aliis coram Albergatio & Boulemonit editis in Tiburtina donationis, de qua sub tit. de dote decis. 17. Ex ea probabiliter, & con vincenti ratione, quod Statuta 149. & 150. percipiunt ipsum contractum

in genere, à quocumque fiat, quamvis generaliter ad contrahendum habitata, ac liberam disponendi facultatem 10 habent; Alterum verò Statutum 151. respicit habitatem personæ, in qua aliàs imperfectum præsumitur iudicium, ita cum interventu iudicis, & proximiorum, vel curatoris supplendum, ideòque Statutum 151. operatur, ut mulier alias imperfecti iudicii, ita habitetur, atque reddatur æqualis viris majoribus, liberam donandi, ac disponendi facultatem habentibus, in quibus adhuc aliæ solemnitates præscripte in dictis Statutis 149. & 150. desiderantur, ideòque rectè compatibilis est hujusmodi Statutorum concursus, pro diveritate respectuum.

Ad argumentum verò impracticabilitatis causæ utilis, vel non damnosæ à Statuto desideratæ; Dicebà quod istud requisitum intelligendum est proportionabiliter juxta subiectam materiam, adeòque cessat illa suspicio circumventionis, quæ de facili in personis imperfecti iudicii cadit; ut scilicet in contractibus correceptivis regulandis cum terminis justitiæ commutativæ, inspicitur, ut mulier sit in libero, vel saltem non in damno; In isto autem gratulatio ac liberalitatis actu regulando cum terminis justitiæ distributivæ, potius quam commutativæ, inspicitur, an concurrat iusta, vel honesta causa, quod de congruo, ac citrà circumventionem, hujusmodi actum exigat; Puta ita exigente obligatione antidotali ratione meritorum, juxta eam, quæ in materia remuneratoria donationis deducta habentur sub tit. de feudis decis. 94. occasione agendi, an Bulla Baronum intret per debitis ex causa donationis remuneratoriæ; Sive ex rationabili motivo agnationis, juxta casum, de quo in d. Romana renuntiationis, apud Otthob. dec. 182. & dec. 23. p. 11. rec. Aut ex motivo pietatis pro aliqua puella dotanda, dummodo sit causa finalis, ac præcisa, non autem color quæsitus, juxta deducta in d. Tiburtina sub tit. de dote decis. 17. Vel quod filio de pecunia mutuo accepta per mulierem, & donata filio pro expensis necessariis in Episcopatu obtento, cum similibus, adeòque dicti valeat ad vros prudens, ac laudabilis, quia prudenti, & perfecti iudicii viro gestus etiam esset, unde cessat ratio Statuti, atque iusta causa ab eo desiderata verificari valeat; Hæc autem in præserti omnino cessabant, quinimò facti circumstantiæ aliquam redolebant circumventionem.

Quo verò ad alia fundamenta, facilis eorum solutio videbatur; Illud enim privilegii dotalis intrat ubi in certam, ac præcisam causam dotis donatio facta sit, adeòque dicatur causa finalis, vel principalis, secus autem ubi vaga, cum aliis etiam causis cumulata, adeò, ut dici valeat color quæsitus ad ipsam donationem colorandam juxta distinctionem, de qua in d. tit. de dote decis. 19. atque in hac facti specie verificabatur secuta pars distinctionis.

Et quoad alterum, conclusio procedit in ordine ad solemnitates ex dictis Statutis 149. & 150. desideratas indefinitè in contractu donationis, per quemcumque ille fiat quamvis perfecti iudicii esset, liberamque haberet suorum bonorum dispositionem, ut scilicet hujusmodi Statuta intelligenda veniant in donationibus puris, & gratuitis, non autem in causativis, secus autem, ubi agatur de altero Statuto respiciente potius habilitationem personæ, quam formam sive solemnitatem contractus, & consequenter nihil refert, quod dicta forma in actu non desideretur, si persona non est habilis ad contrahendum, ideòque conclusio quamvis in suo casu vera, cessat ad defectu applicationis.

Ea verò circumstantia, quod ageretur inter mulieres æquè privilegiatas, hodie non venit habenda in consideratione, quoniam licet antiquiori tempore id solum esse quæstione, attamen illa videtur hodie sopita, ut scilicet potior sit conditio illius privilegii, qui contendit de damno adversus contendit de lucro; Sive in concursu etiam æquali damni, potior sit conditio ejus, qui agit de majori damno, ut pluries in sua materia, sub tit. de alienat. & contract.

ROMANA DONATIONIS PRO HIPPOLYTA MACE CUM MONASTERIO SCLARÆ.

Causa decisus per Rotam pro Hippolyta.

De eadem materia Statuti 151. quoad requisitum causæ, an locum habeat in donationibus, quæ stant per mulieres; Et quomodo habenda veniat ratio

ratio lesionis; Et de alia solemnitate in sinuatio- nis requisita à Statuto 150. an impleri possit post revocationem factam à donatore; Et quomodo de ista revocatione constare debeat.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi serjes.
2 Resolutiones cause.
3 Distinctione puncti disputati.
4 Quod non declarationibus disputatis agatur in decisionibus.
5 Primum donatarium non potest retrodonare in præjudicium aliorum vocatorum.
6 Mulier major de jure non est prohibita donare, & alienare.
7 Retrodonatio, vel remissio juris quæsitæ exigis solemnitates alienationis.
8 An sententia lata contra prædecessorem præjudicet successori venientis jure suo.
9 In Curia de facili tollitur res judicata per restitutionem in integrum ob injusitiam.
10 An dolus, vel metus à tertio illatus annullat donationem.
11 Objectionem de dolo, vel metu non costet concludenter, ad quid profici ejus fundus.
12 Tutor, vel Prælati potest recognoscere bonam fidem, ejusque confesso administrata præjudicet.
13 Transactio an obest successoribus.
14 Contractus minus solemnibus, quamvis non obliget, attenditur tanquam probatio.
15 De Statuto Urbis circa in sinuationem.
16 An costare debeat de revocatione expressa donationis ante sinuationem.
17 De revocatione alienationis feudi qualis esse debeat.
18 An in sinuatio cesset per juramentum.
19 In sinuatio ad quem finem, seu effectum introducta est, & quod sufficit tacita penitentia.
20 Ex quibus actibus inferatur ad penitentiam donatoris.
21 Post penitentiam non potest fieri in sinuatio.
22 Quod retrodonatio donatoris debeat esse expressa.
23 Quod revocatio donatoris debeat esse expressa.
24 De invalida donatione facta per mulierem in Urbe, sine iusta causa, vel solemnitatibus Statuti 151.
25 Quomodo consideretur lesio etiam in donatione.
26 Sententia obtenta contra primum donatarium, quamvis etiam non præjudicet successoribus venientibus jure suo, attamen facit administratum.

D I S C. XXVIII.

Hippolyta pinguis, quam aliæ Sorores à parëtibus, vel aliis conjunctis dotata, habens virum, isto absente, donationem aliquorum bonorum, & vel quantitas fecit ad favorem unius ex fororibus, cujus actus illico die sequenti penitit, id exaggerando cum matre, aliisque conjunctis, unde propterea donataria promptè dictæ donationi retrocessit; Postmodum verò revocationem formalem per instrumentum fecit, in sinuatio autem à procuratore in eadem, juxta styllum constituto, hoc intermedio tempore inter hæc revocationem expressam, & penitentiam, ut supra conjunctis communicatam, facta fuit, eademque Hippolyta ulque ab anno 1612. sententiam in foro Capitolino super dictæ donationis invaliditate reportavit; Cumque ad plures annos, mortua donataria, Monasterium Monialium S. Clare ex persona ejus filiarum, utpotè vocatarum ex persona propria, iudicium pro dictæ donationis executione instituisset, introducta causa in Rota coram Melio, sub diebus 25. Junii 1660. & 18. Martii 1661. cor. Boulemonit subrogato, contra Monasterium actorem resolutiones proderunt, donationem scilicet non subsistere, neque executionem mereri, neque causâ ulteriore progressum, quod sciam, habuit.

In his autem disputationibus, quinque fuerunt puncti; Primò scilicet, an dicta retrodonatio subsisteret, necne; Secundò, an præfata sententia, quæ transitum fecerat in iudicatum, obstaret dictis filiabus donatarie adricibus, seu Monasterio ex eorum persona venientibus; Tertio, an costaret de seductionibus, cum quibus supponebatur donatricem inducã esse, & quatenus constaret eas sequas esse à tertio, non autem à donataria, inficerent actum; Quartò, an solemnitas in sinuatio post dictam retrodonationem, ac penitentiam respectivè sequatur attendi deberet; Et quinto, an obiter etiam Statutum 151. ex defectu causæ utilis, vel

non damnosæ, juxta ea, quæ habentur disp. præced. Quamvis de his omnibus ita distinctè, non agatur in dictis decisionibus in causa editis, cum sæpius ex landabili stylo non immerandi in superfluis, quando aliqua motiva satisfaciunt, ac sufficientia reputantur ad solutionem aliorum discussio, utpotè non necessaria negligi solet.

Quatenus igitur pertinet ad primum, & magna disputatio fuit inter Scribentes hinc inde, super dictæ retrodonationis validitate, ac efficacia, quòd pendere dicebatur ab eo, an filii vocati essent ad donationem ex persona propria, necne; Laborantibus scribentibus pro Monasterio actore in probando vocationem, atque scribentibus pro hac Parte in eâ negando; Posita etenim vocatione, indubitatum remanebat Primum donatarium gravatum aliis restituere, quatenus donatio jam valida, & perfectæ supponenda esset, non potuisse dictam retrodonationem facere, cum neque negligendo, seu non adimplendo aliis (successivè vocatis præjudicare valeat in amissione juris quæsitæ juxta ea, quæ habentur supra in Romana donationis de Andaglia disp. 9. & pluries sub tit. de fideic. Si etenim hujusmodi retrodonationes invalidæ reputari solent ob solum primum, & conjugis interesse secundarium, ut pluries in præcedentibus, præsertim dec. 2. multò magis, & abique dubio, ubi agitur de jure, vel interesse primario.

E converso autem, ubi filii non essent vocati ex persona propria, unde venire deberent tanquam heredes matris donatarie; Quamvis inspecta dispositione juris communis, certum esset dictam retrodonationem obflare debere, cum dicto jure attento, mulier major prohibita non sit, (excepto casu Vellejani, vel ubi remaneat in dotalia,) donare, sed aliàs libere disponere, atque hereditas non conceditur impugnare illud factum sui auctoris, quòd ipsemet impugnavit non potest, juxta terminos vulgaris text. in l. cum à matre C. de rei vendic.

Adhuc tamen dicebant scribentes pro Monasterio actore, id non obflare, ob evidentem nullitatem dictæ retrodonationis, cum non servatas solemnitates tam dicti Statuti 151. cum ageretur de muliere, quam etiam aliorum Statutorum 149. & 150. præscriptarum donationum formam, quoniam ubi donatio jam valida, & perfectæ est, retrodonatio, vel remissio, utpotè importans novam donationem, eadem exigis solemnitates, ut dec. 217. nu. 29. par. 11. rec. & in sua materia sub tit. de alien. & contract. ubi de solemnitatibus statutariis in contractibus minorum, & mulierum, ac etiam hoc tit. in supplement. in Eugubina donationis; Ideoque Ego scribens pro Hippolyta rea conventa, dicebam hujusmodi quæstionum disputationes inanes esse, quia vel non sufficiebant, vel erant inanes.

Itemque dicebant circa secundum punctum, an scilicet dicta sententia lata contra donatariam afficeret filios jure proprio venientes; Quamvis enim ego, & alii ex hac parte scribentes deducere conclusionem, de qua apud Peregr. de fideicom. art. 53. Menoch. cons. 1178. Rovit. dec. 1. n. 38. Fular. quæst. 622. Capyc. Laer. consil. 52. n. 2. cum sequ. ut sententiæ, & acta contra gravatum, non confuso de colusione, afficiant successores fideicommissarios, quamvis ex propria persona venientes; Attamen è converso scribentes in contrarium insistebant in auctoritatibus volentibus oppositum, ubi potissimè non accedat citatio per edictum pro jure, ac interesse vocatorum, juxta decis. Put. 9. l. 1. lib. 3. cum qua in Curia procedi videntur, ut in sua materia sub tit. de iudicis; Ideoque ad hanc difficultatem evitandam ex hac parte insistebatur in eodem puncto, de quo supra, negandi scilicet vocationem filiorum ex propria persona, quam è converso Scribentes in contrarium etiam ad hunc effectum acriter sustinebant.

Verùm, & hic videbatur labor parùm necessarius, quoniam ubi donatio valida, & perfectæ fuisset, retrodonatio autem ex defectu solemnitatum, & causæ esset, ut supra, invalida, tunc nil referebat adesse dictam rem judicatam, cum in Curia res judicata satis modicæ existimationis esse solet, dum etiam post longissima tempora, adversus eam ex capite injusitæ de restitutione in integrum responderi solet ex recepta propositione, quod sententia injusta nunquam transit in iudicatum, ut in dicta sua materia sub tit. de iudic. & alibi frequenter.

Hinc proinde in congressibus dicebam, quod omnes isti labores inanes essent, utpotè, vel non necessarij, vel insufficientes, quoniam in donatio ex aliis sequentibus motivis, (ut etiam in sensu veritatis credebam) invalida, & irrita erat, tunc nulla suppetebat necessitas constituendi fundamentum in retrodonatione, vel sententia, sine quibus ex integro intentum.

tentum obtineri poterat, attendendo solum illos actus tanquam adminicula invaliditatis, ut infra; Si autem e converso erat valida, & perfecta, id nil proficiebat, Et tamen commune Juristarum vitium esse solet, in hujusmodi, vel non necessariis, vel parvis proficulis motibus magnas retexere quaestiones, ac facere digestiones cum nauseatis, ac intolerabilibus regularum generalium, & allegationum cumulis, frequentius, vel nullatenus, vel satis leviter attingendo punctum, in quo difficultatis cardo resideat.

Tertius punctus, totus erat facti, an scilicet constaret, necne de iis, quae hinc inde supponebantur super libera, & sincera, vel respective non libera donatricis voluntate; Verum de hoc, juxta laudabilem Curiae stylium, actum fuit inter causae Patronos, dum Advocati in iis, quae facti sunt, se ingerere non solent; Solumque articulus juris cadebat, an positio quod constaret de dolo, vel seductione non tamen per donatariam, sed per tertium inficeret, necne, actum; Super quo deducebantur hinc inde eadem quae insinuat habentur supra in Meletiana disc. 22. ubi patet magis veram, & receptam esse opinionem pro actus invaliditate.

Hujus autem puncti discussionem magis proficuum ego credebam, quamvis de praesupposito dolo, vel falsis suggestionibus non ita bene, & concludenter constaret, quod motivum solum, (& de per se sufficeret ad irrationem actus,) pro coadjuvante scilicet aliorum sequentium motivorum, ac etiam primi super retrodonatione, quae ita facta censeretur potius in recognitionem veritatis, ac bonae fidei, quam per viam integre donationis ejus, quod valide; ac perfecte quaeritur esset.

Quamvis enim tutor, vel Praelatus, sive procurator, aut gravatus alteri restitueret, actum expressum voluntarium praedicialem facere non valeant, non tamen prohibentur veritatem, ac bonam fidem recognoscere, talisque recognitionis, quoties ita adminiculata sit, quod fraudis, & collusionis suspicio abest, attendenda venit, ut ceteris relatis apud Buratt. dec. 49. num. 19. dec. 154. num. 3. dec. 239. num. 10. & dec. 454. num. 6. dec. 39. & 80. pars. 7. recent. & sequitur; Et habemus etiam in transactione bona fide inita per gravatum, seu feudatarium, vel emphyteutam, praediciante successori quamvis ex propria persona venienti, ut sub tit. de fideicom. disc. 173. & seq. & pluries, & sub alio de feud. disc. 49. & sub tit. de emphyteusi disc. 52. & insinuat supra disc. 22.

Et magis in specie, mulieris, vel alterius alienare, vel contrahere prohibiti, absque certa solemnitate, ut ejus actus, quamvis non habilis ad obligandum, habilis tamen dicitur ad probandum, ideoque tanquam confessio, vel probatio praedicitur, habetur in Romana dotis 10. Februarii 1600. coram Sacra, quae in matris reputatur magistralis, ut in sua materia sub tit. de alienat. & contrah. & conferunt cum alia apud Altograd. conf. 5. num. 7. cum seq. lib. 1.

Quo vero ad quartum punctum, bene, vel male adhibere solemnitatis insinuationis, quae ultra jurit communis dispositionem, pro forma requiritur infra sex menses in Urbe ex Statuto 50. sub decore irritanti in summa excedente ducatos carolenorum bisennum, qui importat summam sc. 150. monet. Quatenus dicta insinuatio nullatenus sequuta esset tunc nulla cadebat difficultas super actus invaliditate, cum Statutum sit litterale; Et e converso, ubi valide, ac reintegra huic solemnitati satisfactum esset, tunc motivum abique dubio corruerat.

Quia vero praecesserat dicta revocatio, seu poenitentia deducit ex consequentibus, qui dictae revocationis causam dederunt, formalis autem revocatio subsequuta erat post dictam solemnitatem jam adimpletam; Hinc proinde punctus difficultatis erat, an ad hunc effectum requireretur formalis, ac expressa revocatio, vel potius sufficeret, ut quomodocumque constaret de poenitentia, & mutatione voluntatis.

Super hoc autem, Scribentes pro Monasterio actore, dicebant constare de expressa, & positiva revocatione, in id deducendo ea, quae habentur in hoc proposito apud Cutell. de donat. tom. 1. tract. 1. disc. 2. par. 8. num. 30. Fontanell. de pact. claus. 4. gl. 9. par. 5. n. 194. cum seq. Giurba observ. 4. n. 8. & seq. ubi ceteris; Ad quod comprobandum ego observabam cumulari quoque posse auctoritatem illorum feodistarum, qui tenent revocationem alienationis, vel obligationis feudi, quae ab eodem contrahente fieri potest, esse debere formalem, ac expressam, ex iis, quae habentur deducta in Civitatis Castellis jurisdictionis sub tit. de feud. disc. 66.

His tamen non obstantibus, etiam cum sensu veritatis, dicebam contrarium verius esse, (ut fuit etiam sensus Rotae

cum iustitia fundamento,) quoniam cum insinuatio a jure communi introduci pateretur difficultatibus, an juramentum illius necessitatem cessare faciat ex deducto apud Rovit. dec. 48. Gratian. disc. 531. nu. 34. & seq. Adde ad Buratt. dec. 47. & alios frequentes.

Hinc per jura municipalia id strictius demandatur pro eodem ejus introductionis fine, ad effectum scilicet coniungendi, an donator in eadem voluntate perseveret, atque ita se certificandi, an actus donationis, utpote regulariter damnosus, ac imprudens, ex libero, & sincero animo sequutus sit, necne, ut ceteris relatis advertunt Mant. de act. lib. 2.1. tit. 9. & 10. Menoch. lib. 3. praesumpt. 23. apud quos plures recententur praesumptiones, & conjecturae, ex quibus poenitentia, seu mutatio voluntatis probetur; Ideoque eo ipso quod per conquestus, alioquin actus constat, ut non ex libero, & sincero donatoris animo id sequutum sit, quod ex voluntate minus liberam, vel sinceram fuisse donator declaraverit, seu alias vere poenituerit, tunc adimpletur finis, ob quem lex communis, vel municipalis hanc solemnitatem induxit, & consequenter re non integra, atque donatore in eadem voluntate non perseverante, adimpleri non potest, Bart. in l. modestinus ff. de donat. cum concord. apud Surd. conf. 361. n. 10. Gratian. disc. 483. n. 24. cum seq. Rota dec. 456. n. 2. cum seq. par. 4. rec. tom. 3. cum aliis in hujus causae decisionibus.

Clarius vero, quia donataria concilia poenitentiae donatricis, quae se deceptam dicebat, illicet dictam retrodonationem fecit, quam retrodonationem quamvis solemnem attendendam esse dicebam, tam pro recognitione veritatis, & bonae fidei, quam etiam in comprobationem poenitentiae, & revocationis per donatariam agnitae, & acceptae, ideoque, alia non suberat necessitas novam, ac expressam revocationem faciendi, dum habitum fuerat intentum.

Ille vero explicita revocatio, quam desiderari credunt Cutell. Fontanell. & Giurba ubi supra, ac alii apud eos, percutit diversos terminos, illius scilicet donationis, quae sincera, & valida, ac jam perfecta, ac reservata facultate, seu alias est revocabilis, quoniam tunc cum agatur de destruendo actum jam validum, & perfectum, requiritur consimilis, perfectus, ac explicitus actus; Secus autem ubi debet revocari voluntatis pro actu perficiendo, cum tunc sufficiat, ut constet de poenitentia, seu voluntate non perseverante, ut advertunt iidem Cutell. Giurba & Fontanell. ubi sup.

Demum quoad quintum, deducebam eadem, quae in terminis Statuti 151. ob defectum causae utilis, vel non damnosae habentur disc. praec. cum in muliere habente proprios filios ac nulla concurrente justa causa, ex illis, quae cod. disc. praec. insinuantur, actus remaneret abique dubio imprudens, ac damnosus; Atque laesionem quoque considerabilem esse advertebam, tanquam adminiculi minus liberam, an sincere voluntatis, & in corroborationem tertii motivi, ut in specie, ceteris relatis, bene advertitur apud Hodiern. contr. 16. n. 46. & seq. Ideoque his omnibus simul junctis, reflectendo etiam ad solam veritatem, iuste, beneque fundatae vitae sunt dictae resolutiones; Attendendo etiam dictam sententiam latam de tempore proximo actui, tanquam unum ex adminiculis tendentibus in idem, cum aliis conjungendum ut supra, quamvis illa tanquam sententia non afficeret successores venientes jure suo, juxta ea, quae habemus de sententia lata cum tertio, cum similibus.

CIVITATIS CASTELLI DOTIS PRO JOANNE VINCENTIO MARZOLO CUM HAEREDITATE PYRRI DE PAZZIS, ejusque CREDITORIBUS.

Causa variè decisa per Rotam.

De insinuatione in donationibus requisita de jure communi, vel ex Constitutione Aegyptiana, seu Carpenfi. Et quando illius defectus obstat necne, seu cui incumbat onus probandi affirmativum, vel negativum; Et aliqua de donatione inter vivos; & uxorem.

SUMMARIUM.

- 1 Ad series cum resolutionibus.
2 De materia praesumptae solutionis remissioe.
3 In materiis consensualibus, & arbitrariis non de facili convincitur injustitia.

- 4 De consensione actionum ubi debitor succedat creditori remissioe.
5 Donatio inter conjuges expectans confirmationem a morte donatoris caducatur per donatarii praedecessum.
6 De insinuatione requisita de jure, & per Constitutionem Aegyptianam.
7 Quare Aegyptiana locum habeat in Urbe, & toto Statu Ecclesiastico immediati.
8 Donatio inter conjuges est valida ab initio, si accedit juramentum.
9 Quare juramentum non validet implicitam donationem contentam sub confessione dotis.
10 Summa scilicet 150. exceptuata de jure ab insinuatione, quantum importet.
11 Juramentum tollit necessitatem insinuationis requisitae de jure communi.
12 De praesumptione insinuationis, & aliarum solemnitatum ex longissima observantia.
13 De distinctione inter Constitutionem Aegyptianam, & Carpensem.
14 De questione cui incumbat onus probandi affirmativum, vel negativum insinuationis.
15 De distinctione, & de regula quod onus est actoris, & dantur similia.
16 Etiam negativa probanda est per allegantem pro fundamento insinuationis.

D I S C. XXIX.

Ludovica de Pazzis, Joanni Baptista Marzolo viro dotem donavit, unde propterea contra haereditatem Pyrrii donantis, pro debito residuali judicio instituit Joannes Vincentius donatarii haeres; Et introducta causa in Rota coram Emerix, pro actore responsum fuit 28. Aprilis 1664. & 4. Maii 1663. In repositione autem a decisis recessum fuit, abolendo haereditatem ream conventam, quam creditores tuebantur sub diebus 3. Julii 1664. & 3. Junii 1665. ad quarum normam expedita sententia, & commissa causa coram Albergato, pro confirmatione sententiae responsum fuit me tamen non scribente sub die 15. Martii 1669.

Recessus a prioribus decisionibus, principaliter provenit ex motivo facti potius quam juris ratione scilicet solutionis debiti ex praesumptionibus, & adminiculis deductis ad materiam text. in l. procula ff. de probat. cum concord. apud Asslic. dec. 13. Sard. dec. 105. Merlin. dec. 124. cum aliis in causis decisionibus, & in sua materia sub tit. de do. de do. disc. 68. & 115. Magnum etiam fundamentum constituendo in quadam renunciatione, seu concordia, cuius inspectio pariter facti potius, quam juris erat, an istud residuale debitum dotis completeretur, necne.

Hinc proinde, non de facili iudicium efformari potuit super hujusmodi puenantium resolutionum majori, vel minori probabilitate; cum ista materia praesumptae, seu adminiculatae solutionis, vel interpretationis concordiae super comprehensione alicujus partitae ex praesumptionibus, & adminiculis pariter deducenda, dicatur arbitraria ex facti qualitate, & circumstantiis regulanda, atque in arbitrariis, ingeniorum varietas frequenter causat, ut quod unum videtur album, alteri aequalis doctrinae, ac integritatis, videatur nigrum, ideoque temerarium est positive dicere, quod resolutio sit justa, vel injusta, ut alibi pluries advertitur, praesertim sub tit. de fideicom. disc. 25. & sequenter.

Quo vero ad ea, quae juris sunt, cum actor veniret jure donationis factae per uxorem viro; Scribentes pro haereditate ream conventa ad commodum creditorum, insistebant in dicta donationis invaliditate, qua posita de plano excluderent actorem, cum Ludovicus creditoris intestata haereditas eidem patri, ac debitori delata esset, unde propterea intrabat confusio actionum, quae, debitore succedente creditori, resultat, & de cuius confusione materia pluries sub titulo de credito, praesertim in Semen. disc. 40. ac etiam sub tit. de herede, & haereditate.

Ex duplici autem capite praetendebatur haec donatio invalida, Primo scilicet ob prohibitionem, quae in jure civili habetur donationis inter conjuges, cujus confirmatio, sed revalidatio pretendi non poterat per subsequentem mortem donatoris in eadem voluntate perseverantis ob donatarii praedecessum, unde propterea deducta est caducatio, cum substantia ipsius donationis a morte confirmationem, seu revalidationem recipiat, ideoque requiritur extremum habile, ut occasione agendi de Statuto Urbis super donatio-

nibus inter conjuges, & quando per mortem sequatur revalidatio, necne, habetur infra disc. seqq.

Et secundo, deducebatur invaliditas ex defectu insinuationis requisitae, tam ex dispositione juris communis, quam etiam fortius per Constitutionem Aegyptianam lib. 4. cap. 25. 6 per quam iidem Scribentes dicebant tolli eam difficultatem, quae ratione juramenti caderet circa insinuationem a jure communi requisitam, dum istud expresso quoque infringitur; Neque de potestate dubitandum est, quoniam quicquid sit de puncto, an Cardinalis Aegydius dictae Constitutionis Auctor eam edidisset pro sola provincia Marchiae, & tanquam illius Legatus, vel tanquam Legatus Generalis universitatis ditionis Ecclesiae in Italia ob residentiam Prae in Gallia, omnis difficultas desuper sublata est per confirmationem, ac extensionem ad universum Statum Ecclesiasticum, etiam Urbem, factam prius per Sixtum IV. deindeque clarior per Paulum III. ideoque hoc jure passim vivitur, ut in proposito contractuum, qui gesti sunt per minores, non adimpletis dictae Constitutionis solemnitatibus, praesertim ista insinuationis habetur infra in sua materia sub titulo de alien. & contrah. ac etiam sub altero de renun. & frequentius sub tit. de iudicis in materia ejusdem Aegyptianae reintegrantis dispositionem text. in Lunicia Cod. si de momentanea possessione, adimendo in iudicis possessoris appellationem suspensivam a jure canonico inductam.

His tamen non obstantibus, quatenus ad istos punctos pertinet, cum sensu etiam veritatis, dicebam hujusmodi objecta nullam habere substantiam, ut etiam agnovit Rota in prioribus decisionibus, a quibus in hac parte non recessit, dum recessus fuit, ut dictum est, potius esse factum, quam ex jure.

Quo etiam ad prohibitionem juris civilis, Difficultas de plano cessabat ratione juramenti; Quicque enim aliqui desuper dubitaverint, hodie hujusmodi quaestio scholastica, & academiis pro ingenio exercitanda congrua est, in foro autem disputationem non admittit, ut scilicet (data in reliquis sinceritate actus, ad eum non concurrat defectus naturalis circa consensum,) dispositio juris civilis cesset propter juramentum semper servandum, ubi aeternae salutis, vel bonis moribus naturalibus, sive bono publico principaliter indudito non adverteatur, juxta terminos text. in cap. cum contrahat de jurejur. & cap. per vestras de donat. inter vivos, & uxorem, ut ceteris relatis per Mantiam de act. lib. 2.1. tit. 9. n. 8. cum seq. Rota post Pacif. dec. 207. n. 3. & apud Gregor. dec. 563. num. 7. etiam in hujus causae primis decisionibus, & habetur etiam deductum sub tit. de do. disc. 159. Ubi advertitur, quod licet verius, magisque receptum sit, ut juramentum non sit operativum in ea implicita, seu praesumpta donatione inter conjuges, quae inest confessioni receptae dotis, at tamen id provenit ratione fraudis, ac mendacii, cum juramentum, quod est vinculum Religionis, fervere non debeat simulationem, sed fraudem, ac mendacium, ex auctoritatibus, & decisionibus ibi deductis, praesertim latius in Romana dotis cor. Corrado dec. 22. & 23. post Salgad. in labyrint.

Quo vero ad alterum obiectum insinuationis de jure communi requisitae; Ultra quod ille non inficit totum actum, sed solum excessum 500. aureorum, super quorum valuatione, seu persequatione cum moneta nostri temporis, licet nimis varient scribentes, magis tamen communis videtur, ut importent, quantum vere importent scuti aurei scutorum temporum, vel parum minus, ac circa summam scutorum monetae 700. vel 800. ut ceteris relatis Gabr. de donat. concl. 1. nu. 57. Bellon. conf. 4. nu. 13. & 14. Rot. apud Buratt. dec. 7. nu. 5. unde propterea obtinebatur intentum; Cessabat difficultas etiam dicta ratione juramenti, quod pariter juxta opinionem in foro receptam, neglectis quaestionibus, quae scholasticis etiam, & Academicis relinquenda sunt, ex eadem ratione de qua supra, cessare facit juris civilis dispositionem, ut ceteris relatis habetur apud Gratian. disc. 531. n. 34. cum seq. apud Rovit. dec. 48. n. 4. (ubi de tenentibus contrarium) & tenuit saepius 11 Rota, praesertim apud Mantiam. dec. 166. n. 17. Buratt. dec. 76. n. 11. Adde. ad eum dec. 924. dec. 58. n. 52. & seq. par. 6. rec. & in hujus causae decisionibus.

Quare difficultas restringi videbatur ad Constitutionem Aegyptianam, quae dupliciter cessabat; Primo scilicet ob praesumptionem insinuationis resultatam a lapsu longissimi temporis 30. annorum juncto cum observantia; Ultra generalia, quae circa solemnitatum praesumptionem ex hac observantia resultatam habentur infra sub tit. de alienat. & contr. disc. 1. & seq. etiam in alienatione bonorum Ecclesiae, & sub

12 & sub tit. de dote disc. 143. In proposito præsumptæ derogationis Sixtingæ, seu alterius legis prohibentis doris excessum. In his specialibus terminis insinuationis habetur apud Baratt. dec. 120. n. 37. dec. 122. n. 5. & 447. n. 2. par. 1. rec. & dec. 162. num. 13. par. 10. rec. & in aliis, de quibus in huius causæ primis decisionibus.

Et secundò magis de plano, quoniam dictum c. 25. lib. 5. Constit. Marchie duas habet partes. In prima enim continetur Constitutio Cardinalis Ægydii, à quo nomen desumpsit, & hæc per dictos Pontifices, ad Urbem, & universum Statum Ecclesiasticum extensa, & confirmata, loquitur tantum de contractibus gestis per minores; Ideoque non percutiebat casum. Altera verò posterior pars, per quam, ea que de moribus disponantur, ad mulieres indelinitè, ac alios quocumque respectu donationis extenduntur, non est Cardinalis Ægydii, sed Carpenis, ideoque non egreditur provinciam Marchiæ, cujus tantum ipse Legatus erat, minime habet dictam Apostolicam confirmationem, ac extensionem respectivè, unde propterea non adaptabatur ad rem, tam ratione loci utpotè extra provinciam, quam ratione iuramenti, ut de dicta differentia inter Ægydianam, & Carpenitem, habetur dec. 88. & 238. par. 6. rec. cum aliis per Add. ad Gregor. dec. 260. & ad Baratt. dec. 424. & frequenter.

Item in his disputationibus, ac in aliis frequenter, actum fuit de puncto, super quo Rotam variasse viderit, qui scilicet incumberebatur onus probandi insinuationis affirmativam, vel negativam, an innitenti donationi pro eius validitate, ut onus incumbat donatori, vel habenti causam ab eo, tenuit Rota dec. 97. post Gillan. ad Statuta, & in Ariminen. bonorum 22. Junii 1661. & 26. Februarii 1663. coram Bevilacqua, in quibus concordantes, & de qua Ariminen. habetur actum sub tit. de renunc.

Contrarium verò, ut onus incumbat volenti impugnare actum, probandi negativam, ex ea probabili, & convincenti ratione, quod ista solemnitas intervenire non debet in ipso actu, sed intervenire potest, quinimò debet, ex intervallo, atque per actum separatim, idcirco eius negativam ex ipsius actus inspectione non resultat, atque stante hac possibilitate, præsumptio afficit potius validitati, ut habetur dec. 128. num. 14. p. 10. & habetur pluries apud Thomat. dec. 13. n. 18. dec. 276. n. 11. & dec. 295. n. 13. Istaque opinio, loquendo in abstracto, verior est, atque per regulam constituenda, quoties non agatur de solemnitate quæ perneceffe intervenire debet contemporaneè in ipso actu, ex cuius inspectione probatur negativam, juxta veram, ac receptam distinctionem.

Verum agendo pluries de hoc puncto, præsertim in Responso pro veritate edito in Firmiana pro Ferris, & in aliis frequentior, Credebam decisionem pendere à distinctione Actoris, & Rei, cum qua fere generaliter Rota, & Curia procedere videtur in ista materia, cui scilicet incumbat onus probandi, ut in his terminis, ita distinguendo, habetur dec. 121. n. 8. cum seq. p. 4. rec. tom. 2. & generaliter sub tit. de dote, præsertim disc. 145. super puncto cui incumbat onus probandi subsidium, sed affirmativam, vel negativam bonorum liberorum ad effectum admittendi, vel excludendi beneficium Butb res que, & disc. 144. super puncto an dos presumatur congrua, vel excessiva, ac etiam sub tit. de benef. in proposito probandi publicationem, ac validitatem resignationis, cum similibus; Ideoque ubi donatarius, vel habens causam ab eo sit actor qui petat bona donata, seu aliam actionem in vim donationis exerceat, sine quod alias habentem, vel replicando adversus colligatam jam habentem intentionem fundatam, deducat donationem tanquam suæ intentionis fundamentum, & tunc de illa valida, & efficaci docere debet, alias desicere dicitur in salutari; Et de converso si donatarius est reus, alter vero infringendo allegat insinuationis negativam pro fundamento allegatæ nullitatis, de illa docere debet, ex recepto axiomate, ut aliquid alleganti pro fundamento intentionis incumbat onus probandi, quamvis consistat in negativa, ex collectis apud Baratt. & Adden. dec. 10. Gregor. & Adden. dec. 13. 320. 312. 262. & 288. & passim, ut pluries advertitur sub tit. de benef. ubi frequentius de materia oneris justificandi.

ROMANA DONATIONIS DE CERATTIS PRO MARTA PASSARINA. CUM ANNA CERATTA.

Causa disputatus coram A. C. in Signatura, & resolutus pro Marta.

De Statuto Urbis annullante donationes inter conjuges, quando locum habeat, nec ne; Et quando in tempus mortis locata dicatur substantia, vel executio donationis pro ea sustinenda, ut potè collata in tempus habile.

S U M M A R I U M.

- 1 **F** Acti serier.
- 2 In Urbe ex statuto prohibita est donatio inter conjuges, & in quo alteret dispositionem juris communis.
- 3 Quomodo donatio de jure recipiat confirmationem à morte.
- 4 Cessat prohibitio, ubi donatio conferretur in tempus soluti matrimonii.
- 5 Declaratur dummodo sit donatio causa mortis.
- 6 Solemnitates statutarie non requiruntur in donatione causa mortis.
- 7 Si donatio causa mortis est irrevocabilis, adhuc prohibita est inter conjuges.
- 8 Improbatur declaratio, de qua n. 5.
- 9 Quod potius placeat dicta declaratio.
- 10 Quæ sint requisita, ut intret prohibitio donationis inter conjuges.
- 11 Proprietas dilato usufructu, vel commoditate est pretio æstimabilis, & in commercio.
- 12 Quando recipienda sit opinio, de qua n. 8.
- 13 Etiam spes pretio æstimabilis.
- 14 De ratione, ob quam ista casus intret potius opinio, de qua n. 8. quam altera n. 5.
- 15 Mariibus habetur pro mortuo.
- 16 Valde donatio inter conjuges ubi sit ad effectum, ut donatarius disponat juxta voluntatem donatoris.
- 17 Conjuges disponente de bonis alterius conjugis presentis, & consentientis, bonè disponit.
- 18 Quod donationes inter conjuges non sunt amare accipiendæ.
- 19 Hæredibus conjugis valde donatur, & n. 21.
- 20 Ex voluntate testatoris potest fieri transmissibile id, quod non est tale.
- 21 An existente nulla donatione favore conjugis, subsineatur favore hæredum.

D I S C. XXX.

Antonius Cerattus in testamento condito de ann. 1649. in Magdalena uxori indotata, ultra usumfructum universalem, facultatem dedit disponendi de scutis mille, intra tamen communes filias, vel earum descendentes; Cumque de ann. 1652. eodem Antonio convalescente, Magdalena ex morbo incurabili, constituta esset in statu mortis proximo, dictus Antonius vir eidem, vel ejus hæredibus inter vivos donavit scuta mille, solvenda post ipsius donatoris mortem, atque incontinenti, coram eisdem Notario, & testibus, ipsoque viro presente, dicta mulier testamentum condidit, in quo de præfatis scutis mille disposuit, hoc est centu pro anima, 200. reliquit Annæ & N. communibus filiabus, & in reliquis instituit heredem Martam neptè ex dicta N. filia; Cumque sequuta etiam morte Antonii, instituit heredibus dictis duabus filiabus, Anna sub pretexto nullitatis donationis resultantis à Statuto Urbis, renueret dictam summam pro ejus virili solvere; Hinc introducta causa coram A. C. post plures acres disputationes, ad favorem donatarie relaxatum fuit mandatum, à Signatura Justitiæ quoque canonicatum, cum solita clausula, sine præjudicio executionis, quod controversiæ finem dedit.

In his autem disputationibus, non dubitabatur de regula ad favorem reæ conventi militante pro nullitate donationis inter conjuges, dum in Urbe clara est dispositio Statuti 135. quod continet decretum irritativum ipso jure, atque expressè tollit vim iuramenti, quod præsumit dolo, ac metu extortum, unde propterea cessant omnes questiones, quæ pro hujusmodi donationibus subsistent in terminis juris communis cadunt ratione iuramenti, vel ratione perseverantis voluntatis usque ad mortem, per quam talis donatio confirmationem recipiat, quatenus alter conjux sit superflus,

stes, & quo casu cadit altera questio, an donatio operetur, ut nunc de tempore confirmationis, vel retrahatur, juxta ea quæ habentur in Bon. disc. 37.

Quo verò idem Statutum, in verbis ab hujusmodi regula annullativa, excipit casus, in quibus ex juris communis dispositione donatio inter conjuges valeat, Hinc proinde scribens Ego pro Marta adrice, dicebam quod verbatim in casu limitationis potius quam regulæ, dum donatio collata erat post mortem viri donatoris, & consequenter in tempus soluti matrimonii, in quo, cessante ratione prohibitionis, hæc donatio subsistet, quamvis matrimonio constante facta sit ad text. in l. si cum §. finali, & l. sed intervir §. sed quod dicit de donat. inter vir. & uxor. ac firmant Alex. in l. si socii §. Lucius n. 6. ff. de solut. matrim. Soccin. conf. 114. n. 8. vol. 1. Ruin. conf. 52. n. 5. lib. 1. & conf. 44. n. 22. lib. 2. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 1. n. 43. Tiraquel. post leges comb. glof. n. 191. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 3. n. 8. bene, ac late Barbof. in l. que datus n. 137. & seq. ff. solut. matrim. Valac. dec. 135. n. 21. & admittit Rota coram Merlin. decis. 80. in fine.

Non negabant scribentes in contrarium veritatem dictæ limitationis in casu suo, negabant tamen applicationem, quoniam juxta traditionem Imol. in l. si divorcio ff. de verb. obligat. cum qua procedunt Riminald. in l. 1. §. nunciatio ff. de novi operis nunciat. num. 62. & ibidem Alciar. num. 49. Bald. novell. de dote par. 7. priv. 1. num. 13. ante finem Camppegg. eodem tract. par. 4. quæst. 2. ad medium vers. nec obstat si dixerit Arecin. conf. 74. num. 5. Purpurat. 274. n. 5. Mantica de tact. lib. 2. tit. 4. num. 21. id procedit in donatione causa mortis, cuius substantia post dissolutionem matrimonii conferri dicitur, adque matrimonium est irrevocabilis, quod operatur, ut conjux donator non dicatur fieri pauperior, neque conjux donataris fieri ditior, ideoque cessat ratio prohibitionis.

Undè propterea habemus, quod solemnitates statutarie in contractibus mulierum, vel similibus personarum in genere, vel in donationibus in specie requisitæ, non deserviant in donatione causa mortis, utpotè quodcumque revocabili, & consequenter nullum causante præjudicium seu lesionem, ut habetur infra in Romana legitime d. 34.

Secus autem ubi agatur de donatione inter vivos, quamvis implementum dilatum sit post mortem, quoniam tunc, juxta passim receptam conclusionem, de qua pluries in aliis supra, & infra, substantia dicitur perfecta ab initio, atque actus remanet irrevocabilis, solumque ad tempus mortis dilata est executio, vel effectus; Et consequenter intrat ratio prohibitionis, quod conjux donator efficitur pauperior alteri vero locupletior, adinstar debitoris, vel respectivè creditoris, dilata solutione; Adeo ut fiat donatio causa mortis sub pacto irrevocabilitatis, adhuc cadit sub eadem prohibitionem juxta traditionem Salyc. in l. si cum n. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. Covar. in rubr. de testam. p. 2. n. 4. Thomingius dec. 9. ad finem.

Pro hujusmodi objecto removendo, dicebā hanc Imolæ traditionem in specie reprobari per Alex. & alios super limitatione jam allegatos præsertim latius per Barb. ubi sup. qui temerarius, ac divinativum appellat intellectum per Imolam tributum ad text. in l. si cum §. finali, qui clarè de donatione quamvis inter vivos loqui videtur, dum paria sunt, aliquid fieri in tempore permisso, vel quod fiat in prohibito, sed conferatur ad permittit, atque hæc opinio Alex. & Barbofæ, & sequacium contra Imolæ viciorum placuit.

Quamvis autem in hoc articulo, ego victoriam reportarem, atque ex aliis motivis, de quibus infra, justam, beneque fundatam crederem resolutionem ad favorem adricis, pro donationis validitate & executione; Attamen, reflectendo ad veritatem, mihi magis placebat altera opinio, quod scilicet ad evitandam juris prohibitionem, dare oportet formalem collationem substantiæ in tempus mortis, à qua actus perfectionem recipiat, ac substantiarum dicitur, adeo ut interim in libera conjugis donatarii facultate repositum sit donationem revocare, quod in substantia est idem, ac donatio causa mortis.

Idè etiam dicta limitatio intrat, quia cessat ratio prohibitionis, quod constante matrimonio conjux donator pauperior, & conjux donataris ditior efficitur, ut copulative requiritur ad text. in l. si sponsus ff. de donat. inter vir. & uxor. Id autem sequi dicitur eo ipso, quod damus donationem inter vivos irrevocabilem, quamvis ejus executio, vel effectus conferatur in tempus soluti matrimonii, quoniam ut dictum est, id continet solum speciem dilationis, interitum verò donator dicitur in ejus patrimonio habere id minus, atque pauperior efficitur, donatarius autem, id quod plus,

atque ita efficitur ad instar donationis, quæ fiat reservato usufructu, vel debiti constituti sub dilatione, quoniam illa certa proprietas, quæ ad tempus habeat commodi, ac frustrationis suspensionem, est pretio æstimabilis, atque in commercio cadit, ut quotidiana praxis docet, eamque minus habet in patrimonio donator, ac plus habet in patrimonio donatarii, ideoque absolutum videtur intrare prohibitionis rationem, ac cessare alteram limitationis.

Solumque ponderabam Alexandri, & Barbofæ opinionem recipiendam esse, ubi donatio, quamvis inter vivos, ac irrevocabilis, esset merè personalis ad favorem conjugis donatarii, quatenus superviveret, adeo ut eo præmoriante relolveretur tanquam ex cessante causa juxta ea, quæ habentur supra in Pistorien. disc. 17. cum ibi proximis, sive juxta casum de quo sub tit. de dote disc. 27. cum similibus, quoniam licet donator ita quoque ejus patrimonium diminueret dicatur, dum de bonis dicta eventualiter donatis, ac effectis, omnino liberam dispositionem non habet, attamen donatarius dici non potest effectus locupletior, quodque bona donata in ejus patrimonio sint, dum id importat solum spem eventualem, a que per ejus præmorientiam contingibilem.

Et quamvis etiam spes sit pretio æstimabilis, atque in commercio deduci valeat, solumque pretium abeat juxta terminos text. in l. spem Cod. de donat. ut advertitur sub tit. de renunciat. ac etiam sub tit. de dote, in proposito illius doteis quæ constituitur correlative ad renunciationem speratis successibus, ac hæreditatibus; Ac adinstar illius contractus, qui cadit super iactu retis, vel altera incerta alia frequenter cadente in sponsonibus, vel commissis, juxta casum de quo sub tit. de usur. disc. 36. & sub altero de alien. & contract. disc. 47. & 48. Attamen videtur nimia subtilitas ut scilicet prohiberi debeat conjux alterum conjugem providere pro eo tempore, vel statu, in quo soluto matrimonio, ideoque cessante illa provisione, quam eo constante habeat, aliquo subsidio indiget, juxta ponderationes de quibus d. disc. 27. sub tit. de dote, atque in hoc sensu receptam esse credebam dictam traditionem Imolæ, & sequacium.

In hac verò facti specie, ex ejus particularibus circumstantiis, mihi videbatur, quod rectè intraret limitatio, sed ratio traditionis Imolæ & sequacium, ideoque iusta visa est resolutio, quoniam agebatur de donatione facta uxori moribunda, que utpotè indotata, nullam de factis habebat testandi facultatem, ex merito piffimæ consolationis, ut hujusmodi facultatem haberet; Potissimè verò, stante subsequuta immediate dispositione facta presente eodem viro, coram eisdem Notario, & testibus, ad favorem filiarum, ac neptis ejusdem donatoris, excepta modica summa pro anima.

Hinc enim tria restant observanda; Primò scilicet, quod verè ac de facto, spectato affectu, uxor donataria dici non poterat fieri locupletior, ideoque non intrabatur ratio prohibitionis, nec conjuges mutuo amore spoliarentur, dum donataria ex morbo incurabili vivendi ipse destituta, atque morti proxima, inter mortuos potius quam inter vivos computanda erat, juxta ea, quæ habentur d. disc. 27. de dote, ubi de hac materia moribundi.

Secundò, quoniam ita donatio principaliter facta videbatur, ubi bona donata transirent ad personas ab eodem donatore volitas, ac dilectas, ita concludendo uxori morientem eam facultatem gratificandi proprios filios, & descendentes, quam ipse donator morti putans, in testamento eidem conjugii in eadem summa reliquerat, quo casu prohibitio non intrat, cum ita dicatur facta ob solam rationem dictæ piffimæ consolationis habendi aliquam testandi facultatem inter suos ad text. in l. superius ff. de donat. inter vir. & uxor. l. donatio C. eodem, cum aliis per Alex. conf. 296. in fine lib. 6. Soccin. d. conf. 114. num. 9. lib. 1. Caldal. de inoff. testam. n. 35.

Et tertio, quod ubi etiam hæc donatio invalida, & pro non scripta dicenda esset, adeo ut bona donata nullatenus abdicata essent à donatoris patrimonio, adhuc tamen, dum uxor donataria de hac summa ad favorem filiarum, ac neptis respectivè disposuerat, ipso viro donatore presente, & approbante, ita sustineri debebat dispositio, ac si ab eodem viro facta esset, per ipsius mulieris organum, & tanquam suæ voluntatis instrumentum, ut ceteris relatis ad vertit Peregr. de fidecomm. art. 44. num. 39. & 41. Potissimè verò quia agebatur de dispositione facta per mulierem moribundam, præsentem & approbante viro valido, de ipsius viri bonis, unde propterea non cadebat illa ratio metus reverentialis, quæ cadere solet in muliere, ut non audeat

deat contradicere viro, ut ponderat Pereg. ubi sup. nu. 41. Accedente etiam generali ponderatione, de qua apud Capp. Latr. decis. 124. num. 26. & Rota apud Merlin. d. decis. 80. in fine, quod huiusmodi donationes inter conjuges non ita male accipi debeant.

Ponderabam quoque scribendo in causa more Advocati, quod donatio facta erat uxori, eiusque heredibus, quibus donari posse receptum est ex deductis apud Merlin. dec. 664. repet. decis. 9. par. 7. rec. num. 25. quodque propterea, ubi etiam ista dicenda esset donatio causa mortis, five quod etiam in tempus mortis substantia collata esset, unde de consequenti sine dubio, ob praeorientiam donatarii intraret caducatio, neque locus esset transmissioni, adhuc donatio subsisteret debere, utpote facta heredibus non habentibus conjugalem qualitatē, ideoque non prohibitis; Ac etiam quia licet donatio causa mortis, quae in facto esse consideratur potius ultima voluntas, quam contractus, non sit transmissibilis, sed caducetur, attamen in ipsismet puris ultimis voluntatibus fieri potest transmissibile ex voluntate testatoris id, quod aliis abscque dubio non esset tale, ut pluries habetur sub tit. de fideicom.

Verum reflectendo ad veritatem, magis placebat, ac probabilior videbatur responsio data per scribentes in contrarium, quod scilicet cum donatio concepta esset inter vivos principaliter in persona conjugis, unde propterea iuxta regulam generale Statuti esset in valida, haeredes autem vocati non essent propriis nominibus, & ex motivo personali affectionis, sed accessorie & consecutivae ad personam donatarii, & ob solam ejus hereditariam qualitatē, proinde nullitas, quae militat respectu principalis, militare etiam dicitur respectu accessorii, seu consecutivi; Contrarium vero procedit, quando haeredes principaliter, & de per se considerati essent. Bald. cons. 39 r. num. 1. lib. 3. Dec. cons. 470. nu. 10. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 21. nu. 23. Menoch. cmf. 84. n. 15. & seq. Thomingius dec. 9. n. 9. cum seq. Berlic. p. 2. concl. 15. nu. 5. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quae. 21. n. 16. Seraph. dec. 369. n. 7.

S U M M A R I U M.

- 1. De Donationibus inter Virum, & Uxorem.
2. De augmento dotis, & donationis propter nuptias.
3. Solemnitas an requiratur in donatione praestationis vitalitiae.

ANNOT. AD DISC. XXX. & seqq.

DE hac materia donationis inter Virum, & Uxorem habentur aliqua in hoc tit. de Donat. disc. 67. & signanter an revocata censetur per clausulam in testamento contentam casibus etc. Et de contentis in disc. 31. de augmento dotis, & donationis propter nuptias etc. late habetur actum sub tit. de dote d. 165. De puncto autem contentum in disc. 32. an solemnitates requirantur in donatione annuae praestationis vitalitiae habetur in specie in hoc tit. disc. 66.

ROMANA AUGMENTI DOTIS PRO ANNA MARIA THOMASINA CUM NUNTIATA TAGCHINA.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Anna Maria.

DE eodem Statuto Urbis prohibente donationes inter conjuges, vel sponso, an locum habeat in ea donatione, quam vir uxori faciat sub nomine augmenti dotis.

S U M M A R I U M.

- 1. Acti series.
2. De Statuto Urbis circa donationes inter conjuges, eiusque moderationes.
3. Donatio propter nuptias, vel in augmentum dotis etiam constante matrimonio fieri potest.
4. An dicta conclusio obstat, quod antiqua donatio propter nuptias recesserit ab aula.
5. De distinctione plurium specierum donationis inter conjuges.
6. Qualis sit propter antiqua donatio propter nuptias.
7. De alia donatione, quae idem importat, ac lucrum, seu antepthacum.

- 8. De donatio, quod vir faciat mulieri.
9. De donatione ob augmentum dotis, distinguuntur, an ex tractatu ante matrimonium, vel postea.
10. Valida est donatio in compositione inaequalitatis.
11. Nil refert si in verbis dicatur fieri in augmentum dotis, si est voluntaria.
12. Non est immorandum in verbis, sed in substantia veritatis.
13. In prohibitis non creditur assertionibus aliunde non justificatis.
14. De alio casu donationis factae ex causa dotis per minorem.
15. De alio casu, & an Statutum Urbis de donationibus habeat locum in donatione facta extra locum Statuti.
16. De eodem.
17. De casu, in quo posterior ex causa onerosa debet vincere anteriorem ex causa lucrativa.

D I S C. XXXI.

ANNUM post contractum matrimonium, Franciscus, Nuntius uxori donationem fecit in summa excedente in duplo dotem, quam habuerat, sub narrata augmenti dotis conventi in ipso matrimonio tractatu; Anno vero sequenti censum imposuit ad favorem Petri auctoris Annae Mariae, adversus quam pro fructibus decursis intentantem coram A. C. iudicium affociationis ad fundum censum, Nuntia praedicta opponebat de retentione pro ejus creditis anterioribus resultantibus, tam a dote, & lucro statuario, quam etiam a dicta donatione, sed augmento, ad quod restricta fuit difficultas, cum super credito dotis, & lucrum nulla caderet questio, neque adiret id impugnetur, dum fundus erat utriusque crediti capax; Verum pro dicto credito exceptio rejecta fuit, atque concessa immisio pro indiviso iuxta praxim, de qua apud Caval. dec. 652. & sub tit. de empr. & vend. disc. 11. ac etiam sub tit. de credito, & sub altero de iudicis, & credo quod Nuntia iudicatio acquieverit, dum non audivi amplius actum de causa.

In disputationibus de super habitis, non negabant scribentes pro dicta Nuntia uxore debitoris, in sectionem donationis sibi factae per virum, quando actus iteti fesset in puris terminis donationis, ob expressam dispositionem Statuti Urbis 135. continentis decretum annullativum, ac expressis in ficientis iuramentum, quod praesumit dolo & metu extortit, ut advertitur etiam disc. praec. Iste tamen verò in eadem limitatione in praec. discursu insinuat, quod scilicet ipsum Statutum ad litteram excipit casus, in quibus, attenda juris communis dispositione, donatio inter conjuges subsistat; Atque hunc dicebant esse casum, quoniam de iure prohibita non est inter conjuges donatio, quamvis constante matrimonio sequatur, ubi sit propter nuptias, vel ex causa dotis, eujusque augmenti ad text. in l. si constante, & l. cum mulier de donat. ante nuptias §. est & aliud insit, de donat. cum concord. apud Mant. de dactis lib. 5. tit. 2. n. 3. & 18. Gratian. discept. 490. n. 24. & 29. plenè Rota in Albanen. donationis coram Merlino inter suas dec. 80. repet. post Zach. de obligat. Camer. dec. 245. Ubi excitato motivo, quod illa donatio, de qua iura allegata loquuntur, hodie recessit ab aula, responderet, quod licet id rectè procedat, ad effectum, ut ex juris dispositione peti non valeat, non per hoc tamen, si deducatur in conventionem, invalida sit, & cadat sub legibus prohibentibus donationem inter conjuges.

His tamen non obstantibus, cum sensu etiam veritatis, contrarium dicebam probabilius esse; Ad quod probandum, ac tollenda equivoca, quae desuper cadere possint ac solent, Dicebam, advertendum esse ad distinctionem plurium specierum huiusmodi donationum inter conjuges, vel sponso, quae occasione agendi de augmento dotis insinuantur etiam in sua materia sub tit. de dote disc. 165.

Prima enim species est illa donatio, quae in equivalenti summa seu valore dotis, per virum vel socerum antiquitus, mulieri constituebatur iuxta text. in auth. dei data Cod. de donat. propter nuptias cum concordat. ibidem deductis, & haec donatio, ut loco citato, ac etiam disc. 145. con. tit. de dote advertitur, nulla in continetate viri iacturam, ac de pauperationem, vel mulieris locupletationem, ideoque merito sub huiusmodi prohibitione non cadebat, quoniam sicut solum in recompensam dotis, & pro ejus cautela, dum dotium infiduciosos prohiberi erant, ideoque unum de duobus mulier petere, ac assequi poterat, vel scilicet dotem, vel donationem, unde si hanc obtinebat, remanebat in viri patrimonio dos, istaque species ab aula recessit.

Alterata est illa, quae a quadam consuetudine, praesertim in Italia, à Longobardorum legibus derivata, importat lucrum,

crum, quod alicubi sola mulier in praemium amissa virginitatis obtinet; Alicubi verò uterque, eventualiter scilicet superflus in bonis praerogatis; Et alicubi solus vir, iuxta iurium municipalium diversam qualitatē, & quae species, vel nomine lucri, vel antepthaci, seu cum aliis vocabulis explicari solet, ut latius in dicta sua materia de dote disc. 165. & in aliis ad materiam lucrorum.

Tertia est species illorum donatorum, quae, attentis pariter legibus municipalibus, vel moribus, inter sponsoles sequi solet ab initio, de vestibus, gemmis, & aliis, vel etiam de aliqua summa post mortem viri assequenda, & quae species sub vocabulo sponsalicitatis largitatis, vel donativi, seu arrarum, explicari solet, Et in hac pariter dicta prohibitio non cadit, cum totum videatur pars contractus matrimonialis.

Quarta demum (ad rem,) est donatio, quam vir uxori, vel sponso sponsoe faciat pro augmento dotis ex privata conventionē, abique eo quod ius municipale, vel mores regionis ad id cogant, five impellant; Et tunc si talis conventio accedat ab initio, priusquam contraheretur matrimonium, quod sub tali lege contractum sit, & pariter donatio sub dicta prohibitione non cadit, sed valida est, tanquam cautela, & pars contractus matrimonialis, forte alias non sequitur, unde propterea hoc augmentum ab initio dicitur vera dos, ut advertitur disc. 165. de dote; Atque si de tempore matrimonii accesserit tractatus, super quo deinde, matrimonio constante, ac in ejus executionem, ad huiusmodi donationem deveniatur, tunc de validitate dubitandum non est, atque hic est casus, de quo agitur apud Merlin. in d. Albanen. dec. 80. quod scilicet praecedat conventio, in cuius executionem postmodum, constante matrimonio, donatio facta erat.

Multo verò magis, ubi aliqua probabilis ratio accedat, puta compensandi inaequalitatem resultantem à nobilitate, vel etate, fess forma, aut infirma valetudine, cum tunc neque intret terminus donationis, sed dicatur contractus merè correlative, tanquam per speciem emptionis, & venditionis dictae inaequalitatis, adeoque mulier donataria de sua id obtinere dicitur, & non subiaceat dispositioni text. in l. femine C. de secundis nuptiis, & aliorum iurium disponentium de eis, quae conjux superflus ex liberalitate, ac substantia praedicta obtinuerit, ut sub tit. de dote disc. 27. & sub tit. de successibus.

Ubi verò illa donatio, praecedens conventionis necessitate non urgente, ex nuda voluntate fiat, tunc de plano intrat, tam juris communis, quam Statutarii dispositio, non obstante quod donatio sub pallio, fess vocabulo augmenti dotis facta sit, fess alius intuitu matrimonii, quoniam lex non est imposita verbis, sed rebus iuxta text. in l. h. C. de Uxor. ideoque rerum vocabula attendenda non veniunt, sed inherendum est substantiae veritatis, ut advertitur pluries in praecedentibus, praesertim disc. 24. ubi quod si in effectu contractus est onerosus, & correlative, nil refert, quod in verbis nuncupetur donatio, ita è converso, ideoque huiusmodi donationes sub dicto vocabulo velatae, habendae sunt tanquam pure, ut apud Coccin. dec. 433. & 479. Buratt. dec. 422. n. 12. & 13. & dec. 782. & 925. cum aliis de quibus supra disc. 26. & sub tit. de dote disc. 18. Et conferunt ea, quae frequenter eod. tit. de dote praesertim disc. 159. habentur in materia confessionis dotis, quae cessantibus adminiculis redoler implicatam donationem ita factam ad fraudandam legis prohibitionem, quoniam ut dictum est, negligenda veniunt rerum vocabula, sed attendi debet substantia veritatis, ne alias quod directè est prohibitum, indirectè fieri valeat, atque ita fieri fraus legi, quae solis verbis, non autem rebus imposita esset.

Et quamvis in hac donatione diceretur, ea sequi ex praecedenti tractatu, & conventionē ante matrimonium, iuxta casum, de quo in d. dec. 80. Merlini; Facilis tamen erat responsio, quod scilicet sola assertio Partis aliunde non justificata nullum in prohibitis facit probationis gradum ex iis, quae habentur d. disc. 159. & in aliis pluries d. tit. de dote, in materia dotis concessatae, cum aliis ad aliud propositum apud Orthob. dec. 6. n. 10. & latius dec. 224. n. 7. p. 10. recent & pluries sub tit. de alienat. & contract.

Hinc proinde in una Asculana, consultus pro veritate, an similis donatio in augmentum dotis, facta per virum uxori, subsistat illi Statuto, vel Constitutioni Aegidiiani ob donatoris minorem aetatem; Respondi sine dubio affirmativè, quamvis etiam ab initio ante matrimonium ita conventu esset, quoniam in materia solemnitate a Statuto requisitarum, dos privilegiata est quoad mulieres majores, lectus

autem quoad minores, quorum respectu attenditur causa necessaria, unde propterea, ubi actus est voluntarius cadit, sub prohibitione, ut in dicta sua materia sub tit. de dote; Multo magis ubi concurreret dicta circumstantia, quod factus esset post jam contractum matrimonium, abique eo, quod praecedens conventio urget.

Et in una Romana Dotis, seu Augmenti pro Creditoribus Petri Angulini Donati, cum ipsius debitoris uxore; Cum d. Petrus Donatus Romanus, uxorem duxisset Joannam Mariam Reatinam, animo eam traducendi ad proprium domicilium, (ut jam sequutum fuit,) atque post in eum contractum dotalem in ipsamet Urbe, nec non contractum, atque consummatum matrimonium in patria mulieris, ad aliquos dies, ibi vir donationem fecisset uxori, vel nomine augmenti dotis de summa ipsam dotem excedente, pro qua ad aliquos annos, tanquam anterior, creditores viri excludere praetendebat, eod. quia Reatina Civitas esset extra districtum, ideoque non intraret Statutum Urbis, sed procedendum esset cum juris communis dispositione, qua attendenda non poterat de actus validitate dubitari, stante iuramento, per quod hodie in foro receptum est, cessare juris civilis prohibitionem, atque donationem quamvis puram, & voluntariam, inter conjuges valere.

Dicebam Ego scribens coram A. C. pro creditoribus, (non negando dictam conclusionem, circa operationem iuramenti, quatenus Statutum Urbis non intraret,) ut probabilis diceretur videtur, statuto locum fore, quoniam quod quid sit de quaestione in abstracto, an illud inhabilet civis Romanos ejus subditos contrahentes extra territorium, talis quaestio caderet, quando actus, extra Ditionem statutis inicus esset animo contrahendi cum non subdito, qui in proprio domicilio ibi permansurus, non tenetur indagare iura municipalia alterius contrahentis, ideoque sciens in loco contractus aliud non habere obstaculum, nisi illud resultans à iure communi, rectè se vit sublatum esse cum iuramento; Hoc autem ad rem non videbatur applicabile, cum contractus dotalis inicus esset in Urbe, pro patrimonio in eadem Urbe effectum sortituro, dum ibi destinata erat continuatio domicilii, ac successivè mulier tanquam viri domicilium sequens, istius loci, saltem destinatione, subdita effecta erat; Et consequenter, quod intraret ratio Statuti, quod ejus subditis providere voluit, nec cum donationibus erga conjuges de pauperationem, iuxta ponderationes, de quibus in terminis statuti moderatori dictum habetur sub tit. de dote disc. 23. & 143. Quodque ibi contractus inicus esset affectate ad fraudandum statutum, iuxta ea, quae habentur eod. tit. de dote disc. 17. & sub tit. de alienat. & contr. ubi de hac materia contractuum extra locum statuti abique istius solemnitatibus.

Vel quod, ubi etiam actus esset validus, attamen, cum donatio inita esset constante matrimonio abique praecedentis tractatus, & promissionis necessitate, ita, ut supra, remaneret pura, & merè voluntaria donatio, & consequenter, quod ex facti circumstantiis, amplectenda esset opinio, ut ista mulier tanquam creditrix ex causa lucrativa postponenda esset creditoribus posterioribus ex causa onerosa, ut in hac eadem causa habetur actum in sua materia sub tit. de dote disc. 31. Ita ad rem concludendo, quod absolutum esset, ut non obstante affectate pallio augmenti dotis, esset pura, ac voluntaria gratuita donatio.

ROMANA VITALITAE PRESTATIONIS PRO JOANNE BODESSON CUM N. VILLEROY.

Casus disputatus coram A. C. & Sapius per concordiam.

AN Statuta Urbis certam formam, vel solemnitate praescribentia in donationibus, locum habeant in donationibus, quae fiunt clericis, & personis ecclesiasticis; Et in specie in donatione, vel promissione quae fiat Moniali annuae vitalitiae praestationis Monialibus assignari solent.

S U M M A R I U M.

- 1. Acti series.
2. Quae solemnitates requirantur in Urbe in donationibus.
3. Dictae solemnitates requiruntur etiam in remissione debi-